UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Lamentationes Petri

**Esdras**

**[Zwolle], 1521**

urn:nbn:de:hbz:466:1-36791

Visual Library

Th. 1279.

1

Ex Lutheri genio Conficta ſcripta

# LAMENTATIONES

PETRI, autore Eſdra Scriba olim, modo
publico ſanctorum Pronotario, cum
annotationibus ſeu additioni-
bus Iohannis An-
dreæ.

Ioannes Andræas.

Quiſquis publicos Chriſtianorum mores, inte-
gre correctos eſſe uelis. Eos codices e
bibliothecis eijcias oportet, quos
nouus hic Eſdras ceu car-
bone ſubnorauit.

Cum gratia & preuilegio.

Th
1279

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GVILHELMO FREDERICO GRONEGANO ecclesiæ diui Martini Paſtori, uerocꝫ Pontifici, viro omniũ doctrinarum genere inſigniter erudito, Artium liberalium Magiſtro, atqꝫ Medicinæ Doctori ſpectatiſſimo. Eſdras publicus celi Pronotarius.

EQuidem ſi ego noſtræ Germaniæ gratulor, nihil certe facio inique, quæ hodie tam eruditos, tam inſignes alit uiros, quibus debet, & multum debet totius celi vniuerſitas. Per eos quippe priſci, atqꝫ graues autores, vſqꝫ nũc abiectiſſimi, paulatim ad lucem reuiuiſcunt. Prodiuit dudum Hieronymus, hodie Ciprianus mundo renatus eſt. Arriſit his Germanorũ ſtudijs, ſacer dudum celi conuentus, atqꝫ nouis tripudijs, cuncti inſonuere feliciter. Refert hic attritum Ariſtotelem, ille Hieronymum enunciat orbi illuxiſſe. Iſte Platonem emortuum, hic apoſtolicos heroas ſolutos exilio, ad ſua clamitat felices remeaſſe. Vbiqꝫ carmen, vbiqꝫ exultatio atqꝫ gratulantium omnium vox una eſt, quoniã nouis hodie luminibus Chriſtianꝰ orbis illuſtratus eſt. Hæc ego Eſdras publicus celi Notarius tibi optime Antiſtes meis lamentationibus enunciaui. Affecerat ſiquidem omnes celi primates gemina quædam infelicitas, vna, quia ſpectabant euangelicas literas, autoreſqꝫ omnes apoſtolicos orbi excidiſſe. Altera quod apoſtolicam fidem, Ariſtotelicorum codicum exceſſiſſet autoritas. Neqꝫ quoqꝫ leue quicqꝫ altiſſimus deus de homine cogitarat, ſi non tandem aliquãdo reſipuiſſet. Senſiſſet inquam Chriſtianus orbis iram dei meritiſſimam, ſi non ea uia declinauiſſet, quam hæ noſtræ Lamentationes enunciant. Neſcio quis poterat error Chriſtianæ plebi accidere inſanior, qꝫ ꝙ Apoſtolicam uitam, e Platonicis ſeu Ariſtotelicis opinionibus formandam cenſuerint. Audenter enuncio, quoniam hac in re Iudeus Chriſtiano plus pius eſt. Accepit ille diuinam legem autore Moſe, qꝫ eam ſemper complexus ſit, teſtis non vno loco diuina eſt pagina. Quanta enim apud priſcos ſacrarum literarum veneratio, vel hoc argumento ſit, quod inuentum diuinæ legis codicem tanta ſuſtulerit dignatione Ioſias, etenim non aliter atqꝫ ſi deum ſuum peſſũdediſſet, quibus potuit lachrimis ſubiectæ plebi, dei celi furorem præcauit. Si igitur acceptam legem iudeus tam habet ſacram, quid minus Chriſtiana plebs euangelicis debebat æloquijs. Donat quis animum lectionibus Philoſophicis, bonam quoqꝫ ætatis partem in Ariſtotelicis opinionibus terit, cur non id a te meret Chriſtꝰ,

Annotationes Iohãnis Andreæ.

Fauet celũ Germanorũ ſtudijs.

ij. Paralipo. xxxiij.

cur nõ meretur Paulus, aut quiuis alij clari apoſtolicíq; au
tores, quos bono numero Chriſtianus hodie habet orbis. Ini=
quum imo inſanũ hoc rerum indicium, negare Chriſto, quod
Ariſtotelicis donatur opinionibus. Quid nam hic philoſo=
phus tam locutus eſt docte, quid tam recte enarrauit, ut plus
quouis alio etiam eximio philoſopho, ipſe tam cordatum me
tuerit lectorem? Mirum certe cum non Ciceroni, cur non Se
necæ, cur non Quintiliano, id contigerit felicitatis, quod Ari
ſtoteli, qui aut paria, aut certe fortiora de humanis diſputa=
runt moribus. Ariſtotelis autẽ philoſophia, neſcio ſi ad Chri
ſti cauſam quicq; præſtet, ſi uel parum quid ipſe honeſtis mo=
ribus patrocinetur, idq; eis potiſſimũ libris quos hodie legit
mundus. Quid enim facit ad theologum, imo ad uirum euan
gelicum, hoc eſt, bene Chriſtianum, differere (etiam ſi docte id
faciat) de materia, de infinito, de loco, de motu, de tp̄e, de ua=
cuo, de quidditatibus, de formalitatibus, quæ ſola hodie au=
dit mundus in omnibus academijs, quæ publicos Chriſtiano=

Conſilium ad ſanã eruditionem.

rum mores nihil iuuant, inficiunt autem omnem præclaram
indolem. Itaq; quiſquis ſanæ eruditionis arcem ſibi popoſce
rit, is diuinam paginam adeat oportet. Legat Paulum, Petrũ,
Iohannem, etenim ſi philoſopbari libuit ecce non tẽnendi phi
loſophi. Deniq; omnes diuinæ legis codices amplectere. Legi
to literas euangelicas, in quibus haud aliter atq; ſi cum ipſo
deo domeſticam egiſſemus vitæ conſuetudinem, dei hominis
uita legentibus nobis palam fit. In quibus ſacratiſſima illius
uitæ conuerſatio, in quibus celeſtia illa dogmata, quoꝝ tan

Doctrina euangelica humana eſt, ciuilis eſt.

tum pondus, autoritas tanta, ut nihil ſit eque ad humanitatis
rationem ſpectans, atq; ſaluatoris doctrina. Neq; enim vſq;
euãgelicę hiſtorię traditũ eſt, qđ honeſtæ uitæ comitati aduer
ſetur, in quo hũanitas atq; iuſtitia non meruerint patrociniũ,
nimirũ cum omnem iuſtitiam ita nobis deus commendatam
voluit, vt neq; humana inſtituta ſit auerſatus, ſed ſua potius
autoritate firmarit, dum cenſum Ceſari tribuit, dum pro ſe
atq; Petro exoluit tributum. Quid igitur iniquum mandauit
deus, ut non audiatur? Quid literæ illæ euangelicæ mandãt,
quod contra hominis naturam, quod contra pietatem, contra
æquitatem ſit? Mandauit Chriſtus id facere proximo, quod
ab illo tibi uelis præſtitum, quid plus pro natura? Furtum,
fraudem, cædem, periurium, adulterium, atq; id genus alia ve
tuit, neq; in his humanæ naturæ præiudicat. Deniq; ita ſemper
humanis animis proſpexit omnipotens, vt neq; caſtitatem, ne
q; enormem ciborum abſtinẽtiam indixerit vnq;. Premijs qui
dem atq; uarijs rationibus ad uitæ caſtimoniam hortatus eſt,
coegit autem nunq;. Atq; vt omnino nihil habeas, quod in di=

uinam illam ac euangelicam doctrinā calumnieris, conuiuan tibus ſeſe dedit medium, vini atq; carnium, eſculētis refectus eſt. Nihil igitur iam opus eſt, ingentem codicum euoluas co piam, non Ciceronis, non Platonis, aut cuiuſuis ceterorū tibi neceſſe eſt bene dicta congerere, diuinam paginam deuotus adi, ex ea ſumendū, quod ad bene inſtituendam uitam opus eſt. Et quidem ſi quid recte eorum quiſq; locutus eſt, multo ſemper id eſt vberius in apoſtolicis literis, quarum tanto mihi lectio gratior, quāto grauior autoritas. Deniq; ut dicam idem luculentius. Nihil ab eis dictum recte, quod aut a Moſe, aut a prophetis, aut certe literis apoſtolicis non prius ſit dictū, etiā efficatius. Tradidit in ſuis officiorū libellis Tullius varia vi tæ præcepta, de honeſto, de prudentia, de iuſticia, de fortitudi ne, de temperantia, de modeſtia atq; decore docte diſſerit. Iu uenū & ſenū ſubdiſtinguit officia, atq; vt vno verbo cuncta edicam, quicquid ad cōmunis vitæ inſtitutionem pertinere videtur, eis libellis candide eloquitur. Sed ubi hæc non do cuit Moſes? vbi prophetæ hæc non ſunt locuti? Quare neq; ego quicq; fecerim inique, Moſi, aut Prophetis ea donans, qui & prius & efficatius me his uitæ præceptis erudierunt. Ceterū & licet una eſſet Ciceronis atq; cuiuſlibet Prophetarū dicen di autoritas, eo tamen Moſe inferior eſt Cicero, q̃ huius di ctum iniquum dicemus inuentum, ſi non Moſaicis ſeu Pro pheticis dictis conſonet. Deniq; nulla Ciceronis, aut Ariſto telici pectoris tam egregie dicta ſententia, etiam cum maxime illi philoſophentur, quæ cum noſtris literis vlla poterit ratiōe cōmitti. Neq; vnq; ſe ita deijcit diuina pagina, etiam cum fri gidiſſime quid docet, ut non poſſit adhuc philoſophorū bene dictis componi. Tanta ſiquidem diuinorū æloquiorū fecundi tas, vbertas tanta, vt nulla in diuina lege ſententia, tam etiam ſit modica, tam exigua quam non poſcis dicēdo facere frugem atq; vberem. Philoſophicarū autem ſententiarū ea eſt ſterili tas, vt ſi eas vel ad modicum propagatas uelis, ſi cupias ho rum ſententiam cōmendatam autoribus, mox a noſtris acci pias oportet, quo illorū bene dicta communias, quo dilates, ſi quid latius de ea re diſputatum velis. Neq; tamen ob id hæc dicta ſunt, ut prorſus abijciam quicquid ab eis recte uel di ctum aut ſcriptum ſit, quin potius nec ab horum lectiōe per tinaciter putamus abſtinendū, temperandū magis eſt ne quid nimie hiſce libellis aduigiles, ne quid horum occaſiōe diuinæ legi abſcedat. Quoniamquidem & ſi nihil ad ſacræ paginæ ſa num intellectum conferant, nō tamen inamenum erit (uti pul chre olim magnus docuit Baſilius) extranea hac eruditione circūdari, ut uel ex eis libris diſcas, quantum bonum naturæ

In euāgelicis lr̄is, ſcientiæ plenitudo.

Sterilitas philoſophicarū ſententiarum.

Philoſophi quo fine legendi ſunt.

ſit ingenitum, quo & multa ab eis perpulchre inuenta ſunt. Aut ideo potius tibi illorum aliquid eſt inuiſendum, ut ex his quæ illi ceco ſuo arbitratu ſomniāt, maior tibi accreſcat in deū pietas, qui te hiſce tenebris eductum, diuino illuſtrauit lumine. Igitur illarum extranearum eruditionū quicq; attigiſſe criminis non eſt, ſed totos eis donauiſſe animos, atq; abiectis tot apoſtolicoꝝ uiroꝝ lucubrationibꝰ, abiectis literis euāgelicis, philoſophicis opinionibus vitam inſtituere Chriſtianam, nō potuit nō eſſe erroris.

Eruditū noſtrū ſeculū.

Ceterum multis modis hoc tuum ſeculum & eruditum eſt & felix, quod tandem aliquando omnem veterem errorem abijciens, in apoſtolicæ abijt uitæ nouitatē. Gaudet totius celi vniuerſitas, atq; multis modis eruditis Germaniæ viris gratulatur, inter quos neq; tu infimo ordine cenſendus es optime Antiſtes, vir omni doctrinarum genere inſigniter erudite.

Præconia paſtoris Groningæ.

Habet alius æloquentiæ dotem, alius medicine profeſſione ualet plurimū. Alius alia quauis facultate inſigniter eſt glorioſus, tu omnibus dotibus ita preis, ut nō fuerit inglorius, quiſquis tuus fuerit ſtudioſus pediſſequus. Acceſſit tibi cum ætate morum grauitas, atq; omnigena eruditio, quodq; his ſuſpitio amplius intra vetuſtos tuos ſinus, nouum foues diſcendi ardorem. Tu patriæ honos, Phriſiæ decus, ſacerdotum diſciplina, plebis autoritas, ſenatus conſiliū, orphanoꝝ ſpes, egentiū aſylum, uiduarum tutor, omnium recte uiuentium aſſertor. Te canit clerus, te popularis illa turba prædicat. Tibi Mathuſalemi ætatem nullus non impræcatur. Tibi paſtori clerus bene fiſus innititur, te virum vnde quaq; moribus inculpatis, nullus non amplectitur. Tibi clamat ſpectata pulloꝝ indoles, quorum rectis ſtudijs faues certe integerrime. Quid enim bonarum literaꝝ contigit enaſci, quod non tu pro tuo candore promoueris. O immortalem Groneganí paſtoris laudem, o nunq; emoriturū tanti viri præconium. Adſeruarunt te noſtris ætatibus celeſtia illa numinum fata. Publicis atq; cōmunibus noſtris ſtudijs per te deus ſummus conſuluit. Neq; enim ſine arcanis dei conſultis id tibi ætatis tam ſingulariter contigit, facit id ſummus deus maximus; ut te autore clerus perſiſteret in officio. Arrident plane ſacris celi ciuibus tui cani optime paſtor. Alterum te ſuſpitio Auguſtinum, de eo ſiquidem Antiſtite traditū eſt, quod in te integre conſpecto, qui omnes tuos literarijs ſemper queſtiunculis exercitas, idq;, inter ipſa pocula atq; prandia, quo quidem tempore remiſſius aliquid habere ſolent reliqui, tu rerum ordine commutato, dum Epicureum agit alius, philoſophum te cum tuis inſinuas. Deniq; vt ad omnem tuam magnificentiam adhuc addatur, non te alium, q̄ Aurelium Auguſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num complector, huius etenim Pontificis vitæ, (ſi parua licet componere magnis) tua appoſitiſſime committitur. Habes quoq; in tuo municipio æruditam ſobolem te patre digniſſimam. Habes virum integerrimum Fratriciarum ædium primatem, virum omni doctrinarum genere inſigniter eruditũ, pium, modeſtum, candidum, grauem, diſcretum. Deniq; quicquid prælationis munus præclarum exigit, duplicatum ſemp in eo uiro ſuſpitio, atq; ſi cum bona aliorum pace aliquid licet addere, ſi quis apud te vir eſt optimus, is eſt, quem morum honeſtat integritas, decorat autem ſacerdotium. Quem quæſo is referet tibi alium, niſi diuum magnumq; pontificem Gregorium. Habet quoq; ille domeſticum fratrum collegiũ, plane neq; impium, neq; ineruditum. Ille uir ignotus ab ignotiſſimis non modicis præconijs dudum euectus eſt, tum ob ſuam, tũ fratrum ſuorum ſummam caſtimoniam, ſupræmam eruditionem. Et neſcio ſi viderim vllas ædes monachici inſtituti, in quibus tam omnes artium facultates coïuerint, in quib⁹ tam ſint integre ſolideq; omnes eruditi, atq; illas illius viri ædes, ſi tamen euulgatus rumor nihil me fallit. Verum hæc tibi attinent, tua ſunt inſignia optime paſtor. Audiui dudum Fratriciarum ædium Patronum te eſſe deditiſſimum, atq; ipſam eorum bibliothecam non temnendo munere locupletaſſe. Id ſi verum eſt, tuo cãdori gratulor, gratificor ampliſſimæ tuæ munificentiæ. Habes iterum inter tuos, virum multorum opinione celeberrimum Gelmarum. De huius candore quicq̃ enarrare ſuperuacaneum foret, tam ipſe omnibus effulget dotibus. Si vitæ caſtimoniam ſpectas, angelicus eſt, ſi Chriſtianum pectus expoſcis, ipſe geſtat, ſi animum velis diuinis eloquijs deditum, illius deditiſſimus eſt, ſi morum ſpectas grauitatem, ſi modeſtiam, ſi integritatem, ſi comitatem, omnia hæc, multo ipſe reportat fenore. Poſtremo cum nullis dotibus ſit non inſignis, eloquentiæ tamen dotem ſingulariter attigit. Hic publico adactus muneri, hic ſenatui a ſecretis, atq; ab actis Ambroſium Antiſtitem tibi appoſitiſſime exhibet, tam munere comparandus q̃ eloquentiæ dotibus. Quartus qui ſolus deſideratur, Hieronymus eſt. Neq; tamen hic deeſſe potuit, quem optimis linguis audio ſuccreſcere, vocabulũ prudens ſupprimo, ne immaturior ætas inſoleſcat. Ecce candide Paſtor quatuor non modica eccleſiæ lumina, tibi ſummus deus appoſuit. Habes in tuo municipio, quod totæ dudum negatum erat Germaniæ. Feceris igitur vt & apud te bonæ lr̃æ reuiuiſcant, Habeat te docta minerua patronũ.

Auguſtin⁹.

Gregorius.

Ambroſius.

hieronim⁹.

Habes noſtras Lamentationes credo non inſuaues , ſuauio-
res autem erunt, ſi totus orbis nobis arrideat, ſi cucullati ſuos
abijciant lacunos, atq; ad ſcripturam ſeriam, hoc eſt apoſtoli
cam applicent animos. Tum deniq; aliquid meis credam ſa-
lebris profectum, ſi omnis ætas, omne inſtitutum, optima cō
plectatur ſtudia ſi foueat, ſi faueat, ſi vbiq; reflorescentes pri
ſcos apoſtolicoſq; autores ingenue exoſculetur. Ad quam
rem in tua Phriſia ſicut non parum potes, ita nihil facito
ſegniter, tuamq; Phriſiam omni barbarie vindica. Habes
Franciſcanam, habes Thomiſticam familiam, rectis ſtudijs
certe ſatis inimicam, tuæ fuerit magnificentiæ, illam plebem
ad optima quæq; cogere ſtudia. Adhibe tibi Gregorium, Am
broſium tu tibi componito. Hieronymus interim tacitus ar-
ridebit. Nihil non effeceris, quos per eos uiros contigerit at
tētare. Habes quoq; alia præclara, certe apud te
ingenia, quæ ſi ad ingenuas muſas in-
tegros animos appellerent, neſcio
quid non poſſent. Vale
eruditiſſime Antiſtes
cum tuis.

DIVINVS ESDRAS PVBLICVS CELI Pronotarius, GVILHELMO FREDERICO Gronegano Paſtori, veroq; Pontifici, Prologus.

EGo Eſdras publicus celi Notarius, rem tibi enarrabo, graui vir omnium longe integerrime, de eo nimirũ tumultu, quo totus hodie incenſus eſt orbis. Noſti certe Lutherum quẽdam Martinum pro veterib⁹ noua cudere, atq; nouis legibus dudum approbata damnare. Hunc itaq; noſtrum Dialogum euoluito, inuenies certe quo fonte profectũ ſit, quod hodie incerto uictore ſpectatur. Non Auguſtiniani, non hominis ea res, neq; enim id preſtitiſſet vnus homuntio. Deus euangelicam fidem mundo elapſam, nouis cupiens initijs approbare, id egit plebe deſpectiſſima, viro videlicet contemptibili, nimirum ſe patratæ rei autorem inſinuans, ſic olim per ruſticam atq; ineruditam plebem Petrum & Andream totum ſibi orbem ſubdidit, vt miraculum plus ſtupeas, ut dei tui maieſtas plus tibi foret commendata. Si quid autem dixi immodeſtius, in eos ſerpit, qui cum ipſi nihil dignum homine edere poſſint, toti ſunt in hoc, vt clarorum viroꝝ lucubrationes intereant. Hi vnis animis coniurarunt, nihil legere, niſi Scotum, niſi Alenſem illum Alexandrũ, aut certe diuum Aquinatem. Hi multa arte moliuntur omnes bonas offocare literas, vbiq; iam terrarũ felicibus incrementis refloreſcentes, ne ſi reſipiſcat orbis, eoꝝ maieſtati aliquid decederet, qui vſq; hodie, ſupræme eruditionis opinionem, apud indoctum vulgus meruerunt. Iſti cenſent, ſcribunt, proſcribunt, ad omnem nodum tam ſunt faciles, ut nihil ſolet eſſe arrogantia impudentius. In Romanas literas, hoc eſt, bene latinas ſunt impij. in Græcas atq; Hebræas impijſſimi. Nihil eſt, quod docte ſciant, minus quod candide fauent alijs. Malunt omnino ipſi nihil ſcire, q̃ alium quemlibet attigiſſe modicum, tam eos excrutiat aliena eruditio. His nihil arridet niſi barbaries, nihil placet, niſi quod Scotticis, niſi quod Thomiſticis codicibus profectum eſt. Et quid dicam? ipſi theologi? non ſunt. Laudatorum theologorum ipſi ſimiæ, qui nihil niſi tumultu, niſi clamore efficiunt, nunq; veritatis ſtudio cõmoti, ſed vera acti inuidentia, dolent id inclitam pubem conſequi, quod tam infeliciter ipſi neſciunt. Mentior, ſi non Thomiſta quiſpiam dudum in Chriſtianam contionem exclamauit infandiſſima. Contigit quod narrabo. Celebris agebatur memoria Aquinatis, Thomiſta cui tum ex officio ſermo

Lutheranũ negotiũ diuinum eſt, non hũanũ.

Vera inuidia

acciderat plebem aggreſſus eſt nouo dicendi genere ſic exor-
ſus. In nomine domini Amen. Vos ſcitis mariti & uxores
meæ ꝙ feſtum agimus, ſed cuius? ſed cuius? ſed cuius? dei? nõ,
Angeli? non, ſed cuius? Illius ſanctiſſimi, inuictiſſimi, glorio
ſiſſimi, ſplendiſſimiq́ doctoris Thomæ de aquinas. Sed poteſt
aliquis aut aliqua dicere. Quare uos iacobitæ non tam uehe
menter celebratis ſanctum Dominicum qui eſt ueſter patro
nus & impoſuit ordinem ueſtrum? Audite me ego poſſum uo
bis ſuper hoc bene reſpondere, quia ſanctus Dominicus fuit

Deberet eſſe doctus, ſed non eſt

ruſticus, & non fuit doctor. Noſter autem ordo impoſitus
eſt, quod debet eſſe doctus & habere qui poſſint vobis viam
monſtrare ad celum. Et propterea, ꝙ ſanctus Dominicus non
facit nos doctos neq́ doctores quoniam fuit ruſticus, ſed ſan
ctus Thomas fuit nobilis, ideo tam uehementer celebramus fe
ſtum ſancti Thomæ & non ſancti Dominici. Et iterum po-
teſt aliquis aut aliqua dicere. Quam doctus fuit iſte ſanctus
Thomas? Et ego reſpondeo, q̃ totus mundus. Quicquid Tho
mas neſciuit, nullus homo ſciuit. Nam tam magnos cõſcrip-
ſit libros, quod mirabile eſt. Et illi libri ſunt ſanctæ matri ec-
cleſiæ tam neceſſarij, ꝙ ſine illis non diu ſtaret, ſed cito cade-
ret. Sed q̃diu illi libri ſtant, etiam ſancta mater ecceleſia ſtat.
Nam ſoli beati Thomæ libri portant eccleſiam, & in eis re-
quieſcit ſicut ſponſa ſuper brachia ſponſi, etiam ſine timore,
quia illi libri defendunt eam. Vos enim ſcitis ꝙ multi fue
runt in ante temporibus heretici, & eccleſia ſepé paſſa eſt mag
num periculum, ſed quare hæc omnia tunc euenerunt & nõ

Feſtiuiter nodum explicat.

modo? Reſpondeo breuiter quia ſanctus Thomas nondũ erat
natus, & quia eccleſia nondum habebat illos ſanctos libros.
Iam autem eccleſia non habet hereticos quia iſte ſanctus Tho
mas tam caute cuſtodit eam, ꝙ errare iam non poteſt q̃diu
illi non ſtant. Et ut ſciatis ꝙ uerum dico, audite me intelligi
biliter prædicantem. Multi ſunt doctores qui totaliter de fa
cto perierunt, ſicut ſanctus Ciprianus, ſanctus Hieronymus.
Et quid hoc nocuit ſanctæ matri eccleſiæ quod iſti cum ſuis
libris perierunt, q̃diu ſanctus Thomas adhuc habetur? nihil
noceret etiam ſi omnes aliorum doctorum libri eſſent perditi.
Et quod plus eſt, ego credo ꝙ melius eſſet epiſtolas Petri &

Nouũ teſtamẽtũ nõ eſt ad nos ſcriptum.

Pauli perire, q̃ doctrinam ſancti Thomæ, quoniam illi ſcrip
ſerunt ad iudeos & ad gentiles, qui iam non inueniuntur. Et
ad quid ualebunt illæ epiſtolæ, quando mortui ſunt omnes,
ad quos illæ ſunt ſcriptæ. Etiam ſcripſerunt grece, quod eſt
maximum indicium, quod nos non putauerunt per epiſtolas

ſuas,ſi enim ad nos eſſent ſcriptæ,tunc illi ſcripſiſſent latine
& non grece. O felix ſanctus Thomas,qui ſciuit nos nō eſſe
in grecia,& ideo nō curauit iſtam ſtultitiam,qua uos docetis
pueros ueſtros grecū,ſed ſcripſit omnia ſua in bono latino,
quia uoluit intelligi. Ille enim loquitur latiniſſime qui ſic lo
quitur,ut ab inſtāti intelligatur. Ecce Hieronymus multas lin
guas ſciuit,& tamē quid boni fecit omnibus ſuis linguis,eque
bene libri eius perierunt,& quia interpoſuit in ſuis libris mō
grecū,modo hebraicū,oēs docti ordinis noſtri pronciunt eū.
Multo fuiſſet illi melius ꝙ tantam unam linguam bene ſciuiſ
ſet,ſicut ſanctus Thomas,quia tunc plus legeretur & haberet
maiorem audientiam. Sanctus enī Thomas tm̄ profuit ſanctæ
matri eccleſiæ cum una ſua lingua quam egregiſſime ſciuit,
quantū Hieronym⁹ cū omnib⁹ linguis. Ille enim ſciuit grece
& quid hoc prodeſt ſancte matri eccleſiæ,ſciuit etiā hebraice
& caldaice,nūquid nos hic ſumus aut in hebrea aut in caldea.
ſciuit etiā mediocriter latine,ſi quid profuit,cū illa lingua
profuit,quam etiam ſanctus Thomas egregie ſciuit,ergo ex
iſto ſillogiſmo ſequitur conſequentia de facto probabilis,ꝙ
ſanctus Thomas cum una lingua tantū profuit ſanctæ matri
eccleſiæ,quātū ille Hieronym⁹ cū omnib⁹ ſuis linguis. Ergo
non multū etiā eſſet dolendū ſi nūꝗ̄ iſtius Hieronymi libri re
ſurgerent,quia nihil nocuit ꝙ perditi ſunt,eque bene ſtat eccle
ſia,eque bene ſcim⁹ ꝑdicare,cantare & orare,ſic etiā de ſancto
Cipriano cogitandū eſt,quia quāuis ille periit, nihil nocuit
ſctē matri eccleſiæ,quia in cōuētu nr̄o ſunt multi frēs,q nunꝗ̄
uiderūt Ciprianū aut Hieronymū,& eque bn̄ ſunt theologi,
hoc eſt,doctores in ſcientiis dei, quia Thomā nō perdiderunt,
hoc facit un⁹ ſctūs ille Thomas,quē nos ſp legim⁹ ꝑpter ꝓfū

Nouū certe genus theologorum.

das ſentētias ei⁹. Et ideo tā uehemēter celebram⁹ feſtū eius. Et
hoc qn̄? In ieiunio. Vos ſcitis mariti & uxores meę,ꝙ nō facili
ter ſctā mater eccleſia celebrat aliquē ſanctū in ieiunio, niſi q
habēt magna priuilegia, ſicut ſctā Maria & ſctūs Gregori⁹ q
fuit ſatis deuotus monachus. Cū iſtis & ſctūs Thomas nūerat,
q habet hoc priuilegiū a ſctā mr̄e eccleſia pl⁹ iuſte ꝗ̄ illi,quia
eccleſiā ſuis libris portat,ſicut audiuiſtis. Sed dicit aliqs ruſti
cus q nō intelligit ſtatū eccleſię. Sctā Gertrudis etiā celebrat̄ ī
ieiunio & legūt horę de ea,ergo illa eſt tā magna ꝗ̄ ſ.thomas.
O uos ruſtici,uobis ignoſco,quia nō meli⁹ ſcitis. Dico, quia
celebrat̄ qdē ī eccleſia,& legūt de ea,ſed hoc nō facit ꝑuilegiū
ei⁹ ſed pigritia preſbiteroꝝ,q q̄rūt oēs ſcōs etiā antiq̄s ī ieiunio
ut habeāt ꝑuas horas. Videtis amici ꝙ magnū ē priuilegiū ſcti
homæ,& quia nō ſine magna cauſa tā uehemēt̄ celebram⁹ eū,

Et hoc etiam per vnum diem amplius q̃ alium ſanctum aut
ſanctam, quoniam iſtos celebramꝰ per octo dies, Thomam au
Thomas hō non fuit,
tem per nouem, & hoc ideo quia nunq̃ errauit, alij enim om
nes doctores ſepe errauerunt, quia homines fuerunt. Omnis
enim homo mendax, ſed ſanctus Thomas nūq̃ errauit, ſed ſem
per ueritatem bene dixit, quia rem ſuam bene ſciuit. Vnde ſci
mus ꝙ nūq̃ errauit: hoc ideo ſcimus, quia oīa eius cū Ariſto
tele maximo philoſopho. & deo huiꝰ mūdi optime cōcordāt.
Ille enim philoſophus fuit doctiſſimus, & nullus audet dice
re ꝙ ille philoſophus errauit. Et quia ſanctus Thomas omnia
Contrariū eſt uerissimum.]
ſua ſcripta per illum philoſophum probat, patet ex illo ſillo
giſmo iſta conſequentia, quod etiam Thomas nunq̃ errauit.
Ecce q̃ ſum ego acutiſſimus dialecticus. Multi ſunt hodie q
ſuadent pueris ueſtris ut non diſcant dialecticam. O mariti
& uxores meæ decipiunt uos. Si ego non eſſem logicus, quō
ego tam faciliter hoc probaſſem, ꝙ ſanctus Thomas nunq̃ er
rauit. Si ergo vultis, ut bene conſulam pueris ueſtris, nolite ul
lo modo pati, ꝙ diſcant iſtam ſtultitiam quæ modo uenit in
mundum de iſtis Grecis & Hebreis literis. Illi enim qui illas
literas docent & qui diſcunt uolunt aliquid plus ſcire q̃ totꝰ
mundus, & uolunt nomen ſuum peruolare per totam terram,
& perſuadent nobis mulieribus ꝙ docti ſunt. Ecce bene nūc,
accipiamus unum qui in iſta prouincia dicit ſe grecū bene
ſcire, ego uolo ei unam queſtiunculam ex ſancto Thoma pro
ponere, & uolo contendere utrum illam ſciat ſoluere, & quid
tunc uolunt dicere. Sed poteſt aliq̄s aut aliqua dicere, quare
tu iacobita prædicas nobis talia? Ad quod ego, quia feſtum
ſancti Thomæ eſt, qui fuit unus ſolēniſſimus doctor, baſis ec
cleſiæ, & ideo doceo uos pauperes ruſticos, quid debent filij
ueſtri ſtudere, ſi uolunt eſſe doctores. Sic enim ſe habet mate
ria iſtius feſtiui diei, ut de doctrinis prędicemus. Sed quia tem
pus prætercurrit, ego uolo ſermonem meum finire. Spero au
tem ꝙ ſanctus Thomas breuiter oſtendet potentiam ſuam,
& profligabit omnem iſtam ſtultitiam quam iam diſcunt pue
ri in ſcolis, quia in ueritate decipiunt uos, decipiunt uos, de
cipiunt uos, quando uos putatis ꝙ habetis pueros doctos,
tunc ſunt beani, & quando ueniunt ad doctos uiros in cōuen
tu noſtro, non ſunt auſi os aperire. Et nos dedignamur eis re
Finis ſermonis.
ſpondere. Videte, uidete, uidete, ut hæc emendantur. Cōmen
do uos in Chriſto Amen. Obſecro eruditiſſime Paſtor,
quicquid enarraui amarulentius, huiuſcemodi donato blaſ
phemijs, quibus Thomiſtica factio ita ſuos uehit, ut etiā Apo

ſtolos apoſtolicoſq; ſupprimat uiros. Miror hominem euangelio temperauiſſe, ſed hæc enarrabimus fuſius, ubi earum rerum materies, haſce popoſcerit tragœdias. Feſtina tamen quædam atq; ridicula magis q̃ fœda euulgauimus. Et quid in quẽuis ordinem dici non potuiſſet, ſi id ſolum licuiſſet impune dicere, quod illos noui impune facere. Quid enim non potuiſſem narrauiſſe, de iniquiſſima eorꝝ emulatione, qua ſe ipſi inſectantur. Inuidentia inter eos inenarrabilis. Ambitio ſupra omnem modum. Comeſſationes, atq; omne genus crapulæ, plus ibi inualuere nonnunq̃ q̃ in quauis taberna meritoria. Verum hæc prudens ſupprimo, nonnihil inſtituto deferens, atq; bonis pecudibus, quas in tanto hoc grege ipſe agnoui. Quiſquis offenditur, is ſui ipſe uenit proditor. Ego noui, quos, quantum q̃ veris coloribus plebem pinxerimus.

Quiſquis in me exclamitas, te notaui, in te mea ſerpit narratio. Id tibi eſt proprium, quod de omnibus ita narraui, quaſi de nemine dixiſſem. An non hoc tibi palam eſt ſereniſſime antiſtes me incertis luſiſſe uocabulis. Neſcio quod dicendi genus debeat dici liberum, ſi non iſtud impunitatem promeruit. Cuius queſo denigraui famam? quem meis literis pinxi ex nomine? Etenim ſi monachorum inſtitutum non laudaui candidiſſime, quid feci inique? Neq; enim hodie multam laudem meretur. Quoniamquidem ſi res ipſa perinde tibi eſſet comperta, atq; mihi eſt eruditiſſime Paſtor non amarulentum, imo modeſtum me tu enunciauiſſes. Ceterum quoniam nullus tam eſt etiam perditiſſimis moribus, quem non optem aliquando reſipiſcere, non monachicum inſtitutum rideo, ſed propoſiti eſt reſtituere quod dilapſum eſt uidebatur autẽ mihi id fore ſuauius, ſi & cum uoluptate mederer. Tumultuantis uulgi, atq; inconditæ multitudinis calumniam parum mihi depræcor, exiguum etenim apud me horum iudicium.

Tum demum fatebor errorem, ſi illi dederint uitio, quorum iudicium ſolet eſſe grauiſſimum. Omni enim ætati palam eſt, claros quoſq; autores prorſus intercidiſſe, atq; noſtro hoc ſeculo plane feliciſſimo, rurſum paulatim euocari ad lucem, toto ſiquidem orbe bonæ literæ reuiuiſcunt. Nulluſq; eſt qui datam eruditionis occaſionem non amplectatur, etiam candidiſſime. Solum monachorum ruſticum hoc inſtitutum cõmunis expers eſt eruditionis, ſiquidem cum omnis ætas ſanis ſtudijs integre faueat. Illi ſe ſuis lacunis nihil ſinunt abduci, tam ipſi ſuos habent autores irrefragabiles, a quibus uel modicum ſententia differre, protinus hereſeos crimen eſt,

Exeruit dudum caput diuus Hieronymus autore Eraſmo,
deum immortalem teſtor, ꝙ libens ea plebs eum uirum par
turientem offocaſſet ſi id licuiſſet. Itaq; ut narrandi finem fa
ciam, præcor omnem Thomeum & Franciſcanum, ut acceptã
iniuriam prudens ipſe diſſimulet, ne offenſus ſui ipſe ueniat
proditor. Deniq; ſi ingenue bonis fauet ſtudijs, mecũ queſo
rideat, nihil eum leſi, ſanctiſſime de hiſce uiris opinatus ſum,
ſin eſt tactum hulcus, ſi talis eſt, qualem mea tibi pingit narra
tio, iterum dico prudens, ipſe iniuriam diſſimulet, ne poſthac
conuitium non incertis feratur uocabulis, ſed nominatim in
quẽquam contingat impingi. Et quis es qui me aſſequare, qui
in me reciproca talione quicq; regeras? Ego iam celo dona
tus felicem uiuo uitam, tu terrarum diſparatus ſpatio, neſcio
ꝙ me poteris facile conſequi. Iterum ergo dico, niſi admoni
tus obloquutricem linguã cohibeas, niſi clariſſimis autoribus
ubiq; terrarum refloreſcentibus affaueris etiam candidiſſime,
ueniam iterum, texamq; non inamœnos dialogos, neutiq; ſup
preſſis monachorum uocabulis. Totiq; orbi malus præco euul
gabo, quid apud inferos de Thomiſtica factione cõuitus ſim.
Vidi etenim Ariſtotelem, Platonẽ, Socratem. Demoſthenem,
Porphirium, atq; reliquos philoſophos medijs contendere
flammis. Ariſtoteles ſiquidem arcem ſibi uindicabat philoſo
phiæ, quoniam ſolus ipſe hodie orbi relictꝰ eſſet, penes quem
ſumma eſſet narrandi autoritas, cepitq; non modice letabun
dus gratulari ſibi id contigiſſe honoris, ut apoſtolicarum li-
terarum unus ipſe eſſet interpræs, aſſerens etiam ſe id a Tho
meis meruiſſe, qui ipſum eo honoris euexiſſent. Plato, his au
ditis opinionibus, non parum ad diſcipuli mordetur gloriã.
Deniq; Ariſtotelem ſic aggreſſus alloquitur. Quid tu ineru
dite philoſophe attolleris, quid tuas impudentius erigis cri-
ſtas. Equidem ſi Apoſtolicarum literarum tibi contigit eſſe
interprætem, id interim iniquiſſime tibi attributum eſt. Mul
tis quippe modis, iuſtius id mihi debebant. Quid enim tu ſci-
ſti recte. Ego quondam tibi præceptor, id docui quod uolui.
Parum quid ſanæ eruditionis es aſſequutus. Ariſtoteles. Si
parum quid in ſanis literis attigi, ſi inique prorſus mihi con
tigit, ꝗ ego in omnibus academijs te ſum ego frequentior.
Mea quidem eſt infelicitas, ſed tua iniuria. Si parum quid in
bonis literis ego ſum aſſequutus, quare non me docuiſti, aut
plura, aut ſaniora. Aut enim erga me fuiſti inuidus, qui ali-
quid non doceres, aut ſi id non eſt, certe me nihil nouiſti am
plius, omnemq; tuam eruditionem aſſequutus ſum.

Earum itaque rerum argumentum, alterum exhibebit dialogũ, ſi cucullati rectis ſtudijs non integre fauerint. Diſſimulandũ quidem fuiſſet optime Paſtor, atque conniuendum inſtituto, ſi non tam inſanis execrationibus publice in omnes bonas literas exclamitauiſſent, ſi non inſectarentur earum ſtudioſos. Modo quem non commeruere riſum? quibus geſticulationibus non ſunt digniſſimi? Ea multorum uſque hodie eſt infantia, ut ne elementa quidem recte nouerint. Mentior ſi non dudum cucullatus quiſpiam, Romanos caracteres multa contentione Græcos aſtruxerit, Græcos mentitus eſt Arabicos. Hebræos Turcicos effinxit. Et quis ad tantam, tam imperitam impudentiam conniuebit? Mundus? non faciet, quippe qui dudum reſipuit, celum? non fecit. Præſto eſt hæc noſtra Lamentatio. Ipſa enarrabit, quod in iſtiuſmodi ſycophantas, omne dudum celum exclamarit. Candide lege hæc noſtra erudítiſſime Paſtor.

Vale, epiſtola mea manu ſcripta,
a ſummo celo egreſſio eius,
Anno redẽptionis nouæ,
reparationis antiquæ,
felicitatis eternæ.

## MARTINVS LVTHERVS in fine poſterioris aſſertionis articulorum per bullam LEONIS Decimi damnatorum.

¶ Dixi me optare nullos eſſe ordines mendicantium. Dicunt me dixiſſe, principes bene facere ſi ſaccos mendicitatis delerent. Et ſi dixiſſem, in quam ſcripturam, in quem articulum peccaſſem: ſcilicet in uentrem Papæ, & eccleſiæ Papalis, & in regnum Sathanæ & Antechriſti. Quis eſt enim homo vel gentili nedum Chriſtiano ſenſu præditus, cui mendicitas etiam laicorum, nedum ſacerdotum non diſpliceat.

Hæc Lutherus. Quiſquis cupis plenius noſſe, quibus certe cauſis, mendicantes monachos expediat interire, huius Eſdræ opuſculum euoluito. Tam ille integre monachos pingit, miror ſi non ipſe ſit monachus.

Vale.

## ¶ Ad lectorem.

Obſecro oẽm lectorẽ inoffenſum hæc noſtra ſcrutari. Etenĩ
ſi quicqꝫ immodeſtius in monachoꝝ inſtituta narratũ eſt, me
ruerat adhuc acriora. Si quid in diuum Aquinatem, in ſacrũ
Franciſcum ſcriptum eſt, animo q̃ſo tu ſis integro, nihil illi
leſi ſunt. De his ſentit ſanctiſſime eximius iſte Eſdras, vale,
candide omnia lege.

## ¶ Argumentum ſequentis dialogi.

Lamentationes Petri quibus om̄i lectori id palã enũciatur
Lutheriana negocia, dei atqꝫ oĩm ſctõꝝ eſſe cõſulta. In quibꝰ
quoqꝫ id docetur cãdide eccleſiã hoſtẽ accepiſſe infeſtiſſimũ,
poſteaq̃ꝫ monachoꝝ inſtituta mũdo nata ſunt. Deniqꝫ ꝙ oẽs
clari autores interciderint, ꝙ diuina pagina uſqꝫ nũc cordatũ
non meruerit lectorem, id totum hæ lamẽtatiões donãt mona-
chis. Quod Ariſtotelici, ꝙ Platonici codices habeant patro-
nos, ꝙ Ciprianus muribus ſit exeſus, ꝙ Hieronymus adiectus
tineis, id totum monachis tribuunt, ꝙ euãgelica ſinceritas, ꝙ
Chriſtiana libertas abijt, id iterꝝ hæ lamentationes dant mona-
chis.

## LAMENTATIONES PETRI cum anno-
## tationibus Iohannis Andreæ.

EGo Eſdras olim ſcriba, modo publicus ſancto- iiij. Eſdræ.
rum Pronotarius, ſuperne dudum oraculo ad xiiij.
monitus, adhibui mihi Saream, Dabriam, Se-
lemiam, Echanum, & Aſiel, uiros quinqꝫ, de-
ditqꝫ deus intellectũ uiris iſtis, & ſcripſerunt
quæ dicebantur exceſſiones noctis quas non
ſciebãt. Scripti ſunt aũt per dies quadraginta, libri ducẽti qua-
tuor. Ego itaqꝫ oẽs hos meos codices, dũ ſtupidus demirarer to-
ti orbi incognitos, contueor Paulũ atqꝫ Petrũ, cõtentioſo con
greſſos alloquio, medio celo pariter cõtẽdere. Deniqꝫ Paulus
ita Petrum aggreſſus eſt. Quid rei Petre? Num venena tuis Annotatio
ſcriptis inſeruiſti? num inſuaue quid tuis cõpoſuiſti literis? nes Iohãnis
Et quare lectorẽ nõ mereris? Petrus. Quid me Paule inſuaui- Andreæ.
tatis fatigas? lenis ſum, nihil vnq̃ꝫ aſperꝝ, iniucũdũ nihil vnq̃ꝫ
literis exegi. Ad celeſtem atqꝫ cõem hãc noſtrã gloriam queq̃ꝫ
meis ego ſcriptis cohortatꝰ ſum. Sed & ipſe meæ literæ teſtes
exhiberi poterint, q̃ꝫ nihil egerim ab hoie, quod hois nõ ſit in
quo uel modicũ humanæ naturæ præiudicarim. Paulus. Fal-
leris Petre falleris. Nũ & tu legiſti, id uerbi ratũ fore validũ,
quod duoꝝ aut certe triũ teſtiũ firmarit autoritas? Qua frõte
crimẽ nõ agnoſcis, quod nõ duo, nõ terni, ſed totus tibi ubiqꝫ Ab eo ſig-
oppingit orbis. Neqꝫ id quoqꝫ leuiter. Siquidẽ annos iã plus demtpe Ca-
quadringentis, hæc tua impietas cõſtantiſſime aſtruitur, idqꝫ noniſtæ in-
a non mediocribus mũdi luminibus. Et mi Petre, mihi q̃ſo nar ualuerunt

rato, cũ id animo inceſſiſſet, mortem uidelicet tuis literis com-
mittere, cũ veneno quoq; appetere placuiſſet, cur non id palã
molitus es, ſed optimis conſuiſti peſſima, uitæ cõponẽs mor-
tem. An forte tuis canis timuiſti? Petrus. Quid narras paule?
Pau. Quæ audis petre. Etẽm ſi affectũ, quod ego modo tuis
auribus ingeſſi, mihi narrato qua cauſa lectorem nõ merueris?

Motus eſt Petrus. Paul9 lenis eſt.

Pe. En cõis hic deus noſter teſtis eſt, me nihil horũ patraſſe, quę
uirulentis linguis in me mundus ebuccinat. Pau. O petre, tu
norma uitæ datus alijs, tu Chriſti ouiũ paſtor, mordicus tuos
aggredere? tu fratribus uirulentiæ impingis crimen? Pe. Rem
mihi imponũt prorſus & ſcceleratiſſimã & nefandiſſimam, &
crimine me purgare non licebit? Tibi loquor paule, malitioſe
id in me cõpoſitũ eſt. Pau. Parũ tibi fidei in hac cauſa tua ha-
beo petre. Pe. Si deus eſt, maliciosiſſime in me cõpoſitum eſt.
pau. Parum credo, ob id quod ſoleat omnis qui iniecto cri-
mine ſe tueri nequit deum euocare teſtem factæ rei, ut is ferat
patrocinium, ſic olim Herodis natus Antipater patri procu-

Ioſephus in antiquitati. li. xvij. Ca. xvij.

rarat interitũ, uenena uino cõmittens. Fit palã quod miro ille
aſtu celauerat. Infandũ ſcœlus pater impingit filio. Ille aſcen-
dentibus cogitatibus, pudore ſuffuſus, cum multa arte ſui ille
purgationẽ moliretur, patrem ingenio, arte atq; aſtu eo flecti
vt filiũ inſontem enũciarit. Verũ Nicolaus ille Damaſcenus
regi a ſecretis, qui cũ cauſis intererat, multo feliciori ingenio
Antipatri orationẽ euertit, patrati ſceleri nõ iprobabilia ar-
gumenta connectens, reum eũ rurſus patri ſiſtit. Ille extrema
calamitate circũfuſus id tum egit petre, quod tu modo aſtu-
tus conare. Deũ euocat conſcium atq; optimum rerũ teſtem
ſe nihil ſceleris in patrem molitũ eſſe, nihil de ſuo parẽte co-
gitaſſe inique. Et quid petre. Num ideo non extitere uera, quę
filio pater impegerat? Erant omnino. Quare itaq; tu te deo te-

Petrus motus hæc eloquitur.

ſte crimine eximis, cũ ueritate hoc ſit uerius? Pe. Et quidẽ op-
time Paule, ſi crimen agnouero, metuo ne & te (ueluti in ea re
cõplicem) paribus reatibus conuoluam. Qua cauſa opinaris
totũ orbem & tuis temperare literis? Neq; em mihi ſoli ea ac-

Doctor gẽtium.

ceſſit infelicitas, imo multo id tibi contigit infelicius. Tu enim
quondã doctoris euectus uocabulo, tua ſcripta ipſe preſens ab
errore uindicaſti, atq; nihil tuis literis ineſſe errati, tuæ id ſua-
ſit preſentiæ autoritas. Quis em̃ fuit unq̃ tam eloquentiæ do-
tibus felix, qui tibi crimen oppegerit, quo tu te non exemeris,
modo donatum tibi eſſet pro tua te cauſa reſpondere? docet
hoc tuus ille aſtus. Ad Feſtum, ad Agrippam, ad omnes de-
niq; tuæ gentis iudeos, uerum id quidem tum, cum tuæ te li-
tere vindicem haberent preſentem. Nunc autem quid credis
erroris, tuis commiſſum ſcriptis, ipſi reppererunt, ut lectorem

omnino nō merearis? Inſuauitatis me arguis atq; impietatis, uide quid ſuauius tu vnquam elocutus es? Eo enim exceſſiſti virulentiæ, vt & amentiæ uocabulum Galathis oppingeres. Cui enim tu detuliſti? Summis Pontificibus non aliter atque media creatis plebe, tuos animos ingeris. Omnibus orbis ho minibus uitæ ſcribis normam, omnes tuis motibus adigis, cun ctos cogis tua uita uiuere, ſic enim ſcripſiſti. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Item volo vos omnes eſſe ſicut me ipſum. Et quis neſciat eum qui omnibus legem condit a mul tis non amari? Vnde neſcio quid fecerim inique, tibi etiam meam infelicitatem donans, tibi imputans quod & ego lecto rem non meruerim. Paulus. Optime mi atq; germane Petre, ne queſo tuleris grauiter communem hanc noſtram infelici tatem, Nihil ſolliciteris, Te queſo leues ſi quid de me male nata tibi peperit ſuſpitio. Non enim ob id neq; meis neq; tuis bene ſcriptis abſtinere, quaſi quicq; non ſuaue noſtris nos li teris exegimus, alioqui demiror ſtupidus, cur nunc hic frater Zebedeo patre genitus Iohannes, lectorem non meruerit. Ni hil enim ei uiro contigit felicius atq; nobis. Etenim eſto ut ex abundanti interim noſtra ſcripta fateamur huiuſmodi, quæ le ctorem non commereantur, quid obſecro Iohannis literis cō poſitum eſt, quo minus lectorem ipſe non habeat? Et quidem ſi eum uirum inſuauitatis coarguant, nihil fecerint recte, ni ſi mirum cum nunq; ille ſit non ſuauis. Quis enim ſcriptorum illuſtrium tam vnq; narrauit pie, tam modeſte rem enunciat? Quod huius verbum, quæ pagina non omni lenitate ſemper exuberans? Infatigatus ipſe, Ieſu atq; caritatis vocabulū ſuis literis committit. Enumerato mihi Petre atq; colligito e cun ctis huius viri ſcriptis Ieſu atq; caritatis vocabula (ni fallor) fatigabere pia hac ſupputatione, plus q̄ ſcriptitatione ille fati gatus eſt. Petrus. Recte narras Paule, quoniamquidem ſi ul la aut mea, aut tua ſit impietas, ſi mordic⁹ quicq; noſtris nos ſcriptis exegimus, parum demiror ſi non ſit qui nos lectione dignetur. Ceterum nunc noſtrum Iohannem qua fronte negli gant, cur hic lectorem non ſit aſſequutus, non parum obſtu peo. Noui etenim nihil eum ſonare, niſi pia, niſi ſacra, niſi mo deſta, cur ergo neq; hic, neq; e nobis quiſquam lectorem me ruerit, intentiſſimis animis doceri efflagito. Si quid horum ſciſti Paule, mihi queſo non inuidus communices. Paulus. Nulla id noſtrorum verborum commeruit impietas. Et qui dem ſi neq; Petri, neq; Pauli ſcripta lectione quiſquam dig netur, mediocris forte uidebitur iniuria, verum Iohanni ni hil tale debebant, qui nunquam non lenis, nunquam non mo deſtus hiſtoriam digerit. Petrus.

Nimiū ſto machatur Petrus.

Paulus ſenſ tate Petrum placat.

Iohannis in felicitas.

Præconia Iohannis.

Paulus Pe trū fatigat.

Ipſe me plus pius Paule? An te clam eſt ꝙ ille importunus
omni etati, nouos tradit uiuendi ritus. Senibus ſcribit, ſcribit
& etate minoribus, omnibus nouas condit uitæ leges. Quid
putas Paule, ipſe plus nobis amatus eſt? Non credo, Dudum
em̄ narraui qui oı̄bus diuerſam uitā ingerit, quoniā is ſoleat
nōnūꝗ parū eſſe acceptus, atqꝫ hoc ego argumēto & Iohannı̄
cōem hāc nobis iniuriā cōtribuo, Id de hoı̄e ferens iudiciū, q̄m
ſi nos lectione indigniſſimi, neqꝫ ipſe dignus eſſe debet qui le-
gatur. Paulꝰ. Vafrū neſcio an malitioſum tuū in fratrē exeris
ingeniū Petre. Non ſic uolui, Aliud eſt quod Iohannē lectiōe

Hyronia.

clarificet. Pe. Et quid Paule? Pau. Quod a te lectorē ſubmouet,
id Iohāni poterat patrocinari, ut ille legeret, te neglecto. Pe.
Fides me Paule? Quid fatigas? Eloq̄re quid nā id ſit? Pau. Tu
ne noſti ꝙ totus orbis ſummi illius Ariſtotelis libris inuigi-
let? Siquidē cū oēm etatē in huius philoſophi lectionē inſuffi-
cientē querant, q̄n uacabit eis ad tua ſcripta optime Petre anı̄-
mū appellere? Tā habet ille documēta ualida, quibus tua pror-
ſus ſcripta indigniſſima ſunt cōmitti. Quid em̄ tu elocutus es
recte, quod ipſum ſe ab errore uindicet. Nā ſi q̄d forte tu dixi-
ſti rectiſſime, mox illius cōponūt ſenſibus, ſiq̄dē ille cōprobat,
integra tibi tua manet narratio, ſin uero diuerſum ſonet, id
uirgula ſubnotant, Itaqꝫ dū ipſi in hāc operam ſint pigri, ut
cunctos tuaꝝ litteraꝝ errores, huius Philoſophi collatiōe ſub-
moueāt, id cenſent lōge fore cōſultius, tuis prorſus litteris ab-
ſtinere. Pe. Tam ego mendis ſcateo Paule? Pau. Tam ſcates Pe-
tre. Pe. Putarā ego oı̄a mea eſſe & canonica & rectiſſima, at

Ariſtoteles interpres apoſtolorū.

longe diuerſum audiui hodie. Pau. Nihil Petre dixiſti recte,
nihil probe narraſti, quod unꝰ ille Ariſtoteles exprobat. Pe.
Mira mihi īgeminas Paule. Ego olim deo meo nō temere cre-

Lucæ. xxi.

dulus, hoc ab eo accepi promiſſionis, q̄m ego inquit dabo uo-
bis os & ſapiētiā, cui nō poterint reſiſtere oēs aduerſarij ueſtri,

Non audiuit, quia nōdū in Chriſti acceſſerat familiā.

ueꝝ diuerſiſſimū his ſummi dei promiſſis tu mihi paule enar-
raſti. Pau. Si id tibi deus tuus pollicitus eſt ego nō audiui, tu
uideris fidem eius ſponſionibus habeas, ne forte tua incredu-
litas hanc a deo ſit merito iniuriā. Noui em̄ ꝙ facile quoqꝫ ab
eo digreſſus ſis. Pe. Et quid paule. Nō id tuis ſcriptis acceſſit
infelicitatis? Pau. Acceſſit maxime. Pe. Et quid? Iohāni ne id
cōtigit. Pau. Non cōtigit. Pe. Quare paule? Pau. Hac re petre,
Meruerat is lectorē multo quidē iuſtius atqꝫ tu, cœteꝝ ſi nec
illi id obtigit, petre animū cohibeto, iuſtā haud poteris adfer-
re quærimoniā. Pe. Iteꝝ me ſollicitas paule, Si q̄d depræcari
licet, id deprecor, mihi edicas, quare me ille præſtet, nū ei mēs
ſanior ac mihi? Pau. Exoptas hanc cauſam petre? Pe. Exopto,
efflagito, emendico atqꝫ obſecro, ne me protrahas, ne fatiges.
Paulus. Huc ergo aurē arrige. Non te latet optime petre &
tua & mea ob id etiā recte nō legi, q̄m unus ille Ariſtoteles im-

probat quicquid & rectiſſime a nobis narratũ ſit. Iohãnes aũt
hoc nobis eſt felicior ꝙ unus cũ Ariſtotele e diuino illo Plato-
ne philoſophiã ſumpſerit, ſiquidẽ diuina illa platonis docu-
menta ſuis cõmiſcet tractatibus. Quo factũ eſt, ut platonis au-
ditor Ariſtoteles, & ſuam & præceptoris ſui cœleſtẽ illã eru-
ditionẽ in Iohanne cõſpectet. Pe. Rem prorſus nefariã paule
in mediũ malus præco ebuccinas, ſummi dei iniuria hæc, tãto
apoſtolo detraxiſti. Pau. Quid exclamitas frater petre? quid
intonas? Pe. Quid exclamitem? deũ læſiſti, Iohanni detraxiſti.
Pau. Et quõ quidẽ id optime petre? Pe. Iohannẽ Ariſtoteli ſta-
tuiſti ſociũ, qui cũ hoc uiri platonicã ſit ſectatus philoſophiã.
Pau. Et id narraui, quæ iniuria? Pe. Quæ iniuria? Iohannes e
platonis mente ſuã emẽdicauit philoſophiã? Pau. Non emẽdi-
cauit ſed dato ere mutuauit. Pe. Hic Iohãnes? Pau. Hic petre.
Petrus. Zebedeo patre utiq́ꝫ piſcatore genitus iſte piſcator?
Pau. Iohãnes piſcatoris filius, ipſe piſcator. Pe. Non id mihi
perſuadebis in æternũ. Et unde Zebedeo hoc æris impẽſaꝝ ho-
mini ruſtico tm̃ unde, ut filiũ tã meruerit eruditũ, quippe pla-
tonicũ? Nũ tãtus incerte piſcatiõis prouẽtus eſſe potuit, ut ex
ea collegerit, ꝙ filio philoſophiã ſectanti tranſmiſerit? Mini-
me potuit. Nã ego huius lucri ſudoribus aduixi annis iã ecce
triginta, cõnumeratã habeo oẽm aſſem, quã ea piſcatio ſoleat
profundere. Quare & cõſtantiſſime aſſeuerare licet paule, com-
menticiũ eſſe quicqd de Iohãne enarraſti. Aut em̃ ut ſemp̃ es
uafer, ob id mihi hæc locutus es, me fatigãs, me laceſſens, atq́ꝫ
meis forte animis merore conaris inferre, ut ego indoleã, qm̃
Iohannis ego emulatus induſtriã, etiam meæ piſcatiõis queſtũ,
nõ platonicæ philoſophiæ locarim. Pau. Malicioſi tibi animi
petre. Nunc̃ꝫ is cogitatus meũ animũ ſubijt, uerũ qm̃ inſedit
tibi hæc male nata ſuſpitio, id tuis ego uerbis appono, qm̃ &
ſi tuæ piſcatiõis queſtus huic philoſophiæ admouiſſes, neſcio,
ſi quicq̃ꝫ tibi cõſuluiſſes male. Non em̃ (pie credere licet) tã mõ-
iaceres deſpectus, tineis exeſus, atq́ꝫ commiſſus blattis. Pe. Mi-
ror te paule, Vſq́ꝫ nũc uirũ te & prudentẽ, & reꝝ ſcientiſſi-
mum meditatus ſum, at diuerſiſſimũ ego hodie in te pſpecto.
Olim ego tuaꝝ laudũ preco, datam tibi superne ſapientiam,
meis ego literis memoraui, atq́ꝫ id interim (ut cerno) inique
tibi attribui. Itaq́ꝫ ſi non hoc quod elocutus es uerbũ a d' buccã
coegeris, deo celi te ſiſtam, is coget ut reuoces quod poſcenti
mihi negauiſti. An id animo excidit, quãto qñ. ꝑ circũfuſus me-
rore Feſti, Agrippæ atq́ꝫ Neronis tribunali aſtiteris? Nõ ita
huius iudicis elabere conſpectibus, non bñdictis orationibus,
uti olim, hunc tibi deũ poteris placatũ ſtatuere. Id igit̃ precor
uerbũ reuocato. Pau. Quid tibi immutatũ poſcis bone petre?
Pe. Id poſco, ne Iohannis philoſophiam opineris eſſe platoni-
cam. Pau. Non id ego narraui primus petre, neq́ꝫ meis precor

Iohãnes eſt diſcipulus Platonis

ij. Petri. iiij.

dĳs hic sermo progreſſus eſt. Petrus. Et quis id primus enun
ciauit paule? Paulus. Ferunt hæc inter ſe hi qui eruditi eſtimā
tur, atq; familiaribus alloquĳs haſce ipſi componunt nugas.
Nam neq; ego id vnq; optime petre meditatus ſum, quoniam
quidem ſi platonicus eſſet Iohannes, omnino lectorem ille
eſſet meritus, nunc quoniam in ea felicitate nobis ſocius eſt

Petrus ſolus refugit eſſe calamitoſus.

platonicus non eſt. Petrus. Id uolui paule, calamitati noſtræ
fratrem eū efflagitaui. Verum quod omnibus his ego poſtu
laui ardentius nondum elocutus es. Paulus. Quid id petre?
Petrus. Qua ſit factum cauſa, vt tres nos uiri apoſtolici, hiſce
ſimus obnoxĳ probris, cum ceteros quoſq; fratres cōtueamur
illuſtres? Paulus. Qui iſti? Petrus. Iacobus, Matheus, Iudas
Lucas, Marcus. Paulus. Quid narras petre? horum gloriæ in
iquus emulator inuides? Nihil vnq; feciſti iniquius. Quæ em̄
eorū tam inſignis hęc gloria, ad quā morderis petre? Nihil em̄
contigit hiſce fratribus ſetius ac nobis. Petrus. Ergo neq; hĳ
lectorem meruere? Paulus. Meruerunt minime. Petrus. Equi
dem ſi Marco, ſi Lucæ id denegarint honoris, ut horum aſper
netur, aut dicta aut ſcripta, ea iniuria poterat fortaſſis eſſe me
diocris, qui licet nobis ſint & apoſtolico mūere pares, & ama
ci, non tamen e Chriſti ore didicere, qui literis poſteritati do-
narunt. Certe optime paule de Iacobo, Matheo, atq; Iuda qđ
vnq; potuit uenire in dubium, quin omnes hi Chriſtū in car
ne conuictiſint, omnes ſana diuini illius pectoris documen-
ta ab ipſo ſummo uero deo ſumpſerint? Et quare ſine lectore
horum monumenta tam egregia? Quid in apoſtolico uiro Ia
cobo erroris ſubnotarunt? Paulus. Subnotarunt rogas? Quic
quid ille tradidit, id pene in vniuerſum ipſi ſubruunt. Ille
edocet quæ illi quidem genti aut parum, aut nihil ſunt grata.

Capitu. iiĳ

Petrus. Quæ nam? Paulus. Supremam ille felicitatem, tribula
tionem nuncupat. Luctum atq; mœrorem ab opulentiſſimis

Feſtiuiter reſpondet. Iacobi. iĳ.

quibuſq; exigit, atq; quod his maius eſt, ſacroſanctum illum
magiſterĳ gradum, omni bonarum literarum ſtudioſo excipit.
Sic enim (inquiunt) ille locutus eſt. Nolite plures magiſtri ef-
fici fratres. Itaq; bone petre dū apoſtolus hic germana nobis ca
ritate cōpoſitus, dū eos dignitatis titulos literarū ſtudioſis de
neget, quis ſane mente cōpos eū viri lectione dignabitur, qui
oēm etatē deſpectā velit, qui nullis bonis honoribus quē. p̄ ue-
hi ſinat? Pe. Recte narras paule, Quid Iudæ intentant calūnię,
num cōe hoc proditori vocabulū hunc virum exoſum effecit?
Pau. Mini ne. Pe. Et quid obſecro? Paul⁹. Neſcio quæ apocri
pha huius viri literis inſerta de Enoch trahunt in dubiū, atq;
ob id quod non bene canonicū ibi coeſtimant, etiā recta illi⁹
negligūt. Pe. Iam mihi cuncta narras probe paule, oēs horum
animos non aliter atq; proprios perſpectos habes, Et qđ Ma-

theo erroris impingunt, ſi noſti, eloquere? Pau. Porro qđ uiro
tam euãgelico imponant criminis, haud me palam eſt. Credo
qm̃ ob id parum eorꝫ animis placeat, quod vnũ qđ, cũ alijs cã
dide ipſe enarret, ſumme videlicet fore felicem eũ, qui hic ſit
abiectiſſimus. Neſcio quoqꝫ quot maledictiones atqꝫ conuitia
ex huius viri literis collegerint. Siquidẽ id vocabuli ve atqꝫ
ve, mira ille aſſiduitate ingeminat. vnde ſi diuinare licet opti
me petre, pro eo quod omnes ſimus eis ingratiſſimi, nõ poteſt
hic non eſſe ingratus. Pe. Ergo ea infelicitas oĩbus nobis vna
eſt? Pau. Cõis omnibus eſt, Etenim ſi mihi parũ fidei in ea re
attribuas, ipſe eos euoca, feceris fratres adeſſe, ipſi ingenue ſu-
os pandent animos. Pe. Hoc re loco ſuſtine paule, hic ſiſte gra
dum, ſanctã atqꝫ piã fratrũ quærimoniã vterqꝫ excipiat. Pau.
ſuſtineo. tu eos exhibe. Petrus igitur digreſſus, euocat accuſa
tã fratrũ multitudinẽ, facit adeſſe vniuerſos, quotquot literis
quicqꝫ poſteritati donaſſent. Venit Iohannes, accedit Iacob⁹,
cõcurrit Matheus, Iudas, Marcus atqꝫ Lucas contioni appro
piant. Ad quos petrus. Optimi atqꝫ germani nobis viri apo- Orõ Petri.
ſtolici, narrauit cõis nobis frater paulus rem quidẽ ſtupendã.
In omni ſiquidẽ hoĩm genere, in oĩ etate eſſe neminẽ aut cer
te rarũ quẽqꝫ q nos lectiõe dignetur. Eſt e vobis vnus aut al-
ter, q morte vitæ malus ſartor cõpoſuit, qui venena celeſtib⁹
cõmiſit eloquijs: ipſe erratũ eloquatur, tã eñ ipſi ab oĩ nr̃o
codice reſiliũt, mirũ ſi nõ quiſqꝫ ex eis ſibi interitũ ſumpſerit.
Iohannes. Et nos dudũ id agnouimus petre, qꝫ ſimus adiecti Oratio Io-
tineis quid hæc tã ſuſpectas ſtupidus? Pe. Et tu hæc noſti? Io- hannis.
hannes. Noui & ego & quotquot euocati aſſumus. Pe. Nũ ea
iniuria excruciat? Iohã. Excruciat, idqꝫ nõ modice. Pe. Et q̃re
non id olim detuliſti? Iohan. Vidi te petre magnanimiter fer
re, vidi te non cohibere oues, non dirigere, non inſtruere tibi
paſtori creditas, Si tibi id parum fuit, quõ aut mihi aut Iacobo
aut Matheo magnum eſſe debuit? Pe. Ego (ut cõtueor) cõis hu
ius infelicitatis vnus ſum occaſio? Iohã. Tu es petre. Petrus.
Narrato obſecro, quis nos hoc honoris expoliet ſi noſti? Au
diui Ariſtotelem neſcio quem philoſophum orbi illuxiſſe,
qui totum orbem in ſui agat miraculum. is tam prodiuit cho-
ruſcus, ut nos admoto ſuo lumine non parum obumbret. Eu
ne noſti quid nam ſit hominis? Iohã. Integre noui. Nam ei me
ſocium falſo neſcio quis affinxit hiſtrio, id addens me cõem
cum hoc hominis audiſſe præceptorem Platonem. Pe. Id & mi
hi cariſſimus vtriſqꝫ nobis Paulus multo ſermone conatus eſt
perſuadere, verum ſuaſit quidem, at non ita perſuaſit, vera ne
ea narratio? Iohan. Vera iniquorum commenticia hæc e non
germano ſtomacho ea pfecta ẽ narratio, falſorꝫ fratrum mal⁹ liuor
id cõmẽtus ẽ, nihil mihi cũ Platone, nihil cũ Ariſtotele cõe. Pe,

Accedo, id eſſe cõmentitiũ, num & id falſum eſſe debet, quod
hoc hominis, q̃ hic homuntio nos tanta orbis lumina ſuffun-
dat? Iohannes. minime id cõmentitiũ. Et ſi ſolus hoc ego aſtru-
xerim, ipſe peccaui. En aſtat Iacobus, Mattheus, Thadeus cũ
reliquis horum mentem callidus inueſtiga, ſi non mutuis id
mœroribus dudum ſimus lachrimati. Pe. Iacobe frater atq;
Matheæ, cũ reliquis quos contioni admouimus. Ecqd mõſtri
nouis mõ ſeculis illuxit, quod ita totũ pene orbem in ſui opi
nionẽ uertit? Olim nos illa uita uiuẽtes diſputauimus fortia,
ualida diſſeruimus, atq; nos e terra nati, de celo atq; ſyderibus
hiſtoriã texuimus. Quis poſt nos contra nos diuerſum medita
tus eſt? Concredidit mihi olim die una, ad tria milia hoimnu-
merus, magnũ quidẽ erat id, uerũ plus iſte inualuit oẽm gentẽ,
oẽm etatẽ ſui habet ſtudioſam, atq; ita ſtudioſam, ut neq; abie-
ctiſſima temporis portio noſtris cedat literis. Igitur optimi
atq; germaniſſimi fratres, ſi hæc uni⁹ hoĩs facit impietas terra
abigatur, mari non ſubſiſtat armata manu, coacto agmine ea
mus in hoĩem, ſummi dei uindicemus iniuriam, accedet nobis
cum victoria triumphus. Iacobus. Ardens tibi ingœnium pe

Oratio Iacobi.

tre, Et quidẽ nõ multũ iniqua hęc tua narratio, cæterũ ſangui
nis ab hoĩe uindictã ſumere, non poteſt eſſe apoſtolicũ. Sed
id quidẽ tibi cõdonamus, non eñ nos latet q̃ in oẽm pugnã
ſis accinctus, idq; ab antiquo tibi petre inceſſit, teſtis mutilus
Malchus quem enſe truncaſti, verũ modeſtia rem aggredia-
mur. Neq; eñ vnus eſt hic Ariſtoteles qui hoc irrogauit iniu
riæ. Pe. Vnus non eſt Iacobe. Iaco. Vnus non eſt. Pe. Et qbus
alijs autoribus nr̃a conſtat infelicitas, quib⁹ fit alijs patronis
ut noſtræ intercidant literæ. Iaco. Facit qdẽ non modicũ in eã
rem inimiciſſimus hic nobis Ariſtoteles, qui oẽs pene oim ſi-
bi uendicat horas. Plus aũt atq; multo id efficatius, hoc effe-
cit hoim genus, quod oſtiatim immodico rugitu panem eſſla-
gitat. Pe. Qui nã ij? aut quo mõ illud? Iaco. Sunt in tãto hoim
cetu qui ex propoſito quidẽ atq; profeſſione, monachi inſtitu
tũ meditati ſunt, reuera ipſi ſunt, quorũ tyrãnide preſſa hodie
gemit eccleſia. Pe. Optime Iacobe, mihi q̃ſo hoc hoim genus
ueſte pingas atq; moribus, ut & ego nouerim quos habeam ci
ues, aut inimicos. Iaco. Veſtis qdẽ Petre horũ notiſſima, atq; ha
bitu tibi eos prodere foret pfacile, cæterũ horũ explicuiſſe mo
res, enarrauiſſe vitam, nullus vnq̃ fecerit facile. Pe. tã eſt ſctã?
Iaco. Non tam eſt ſancta q̃ ſupſticioſa. Pe. Quo nam modo id
bone Iacobe? Iaco. Huius inſtituti primũ eſt ſuas opes tẽne-
re, inuadere alienas, atq; tanto huius inſtituti quiſq; uir eſt ob-
ſeruantiſſimus, quãto id efficatius præſtiterit. Pe. Quæ uita
hæc, quis rerũ ordo, proprias opes linquere, emendicare ali-
nas? Tot annos etatis habeo, nihil audiui unq̃, quod eque ob
ſtupeam, ſua ab. cere conquirere aliena, alienũ quidẽ nicis au

Tyrannis trium mendicantium.

Capitula regulæ mẽdicantium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ribus id verbi, veꝝ quo ordine id efficiant ſi noſti, edicito.
Iaco. Sacramentis aliquot ſuo ſe inſtituto adigunt, ut & ſi qs ſua non tempſerit, periurus ſit, ſi aliena non corroſerit, eũ in fidelitatis fatigant, veluti quẽquã cõibus rationibus non ſatis proſpicientem. Pe. Iam ego extrema ſenectute defectus, nouũ uite genus didici. Sed quid hoc poterit emolimenti adferre Iacobe, ſi aliunde emendicẽt, ſi ingentibus corradãt clamorib⁹, quod iã dudũ ipſi & ꝑ ſe abunde tenebant? Neſcio ſi bene ſanũ eis viris ſit ſinciput. Iaco. Hæc reꝝ mutatio, gemina ſolet cõmoda proferre. Tam em̃ ipſi aucupãtur licentius, quãto mẽditius, etem̃ ſi ipſi locupletes aliena ęra expoſcerãt, quę uel inſaniſſima muliercula ſtipem impeiret? Pe. Aliquid narras Iacobe, verũtamen non ſatis mihi adhuc apparet felix ea reꝝ mutatio. Iaco. Si tibi minus felix, mihi certe vſura videtur eſſe feliciſſima. Pe. Rem nõ capio. Iaco. O petre, piſcatore natus es ipſe piſcator, nõ hoc aſtu, nõ ea arte, vnq̃ natã tibi auxiſti ſubſtãtiã. Sed neq̃ piſcatorẽ decuit aſtu opes cõquirere, ſudorib⁹ atq̃ fatigatione vitæ tibi procurauiſti alimoniã. Iſti Petre non ſic, alienos ipſi epulant̃ ſudores, ocio atq̃ inertiæ donãtes animos. Pe. Et in quẽ præcor vſum eas vertũt opes, quas ceu proprias ipſi linquunt? Iaco. Linquunt qdẽ (veluti narrauimus) ſua, at id nõ ſine fenore. Nã cũ hoc vitæ inſtitutũ ſubeunt, omiſe reꝝ copia exuunt protinus ut licẽtius aliena emendicẽt, interim ſua tacite repetentes, ne qñ id mulierculis fiat cõpertũ. Hoc qdẽ Petre hui⁹ rei emolimẽtũ eſt primũ. Alteꝝ, ob quod ſuis ſe exuunt & cõponũt aliena, hoc eſt, Euãgelicis documentis credũt ſe hoc facto obſequi. Pe. Ergo ne euãgeliũ docet ſua linquere, atq̃ cõgerere aliena? Iaco. Docet Petre. Pe. Obſecro non ego id vnq̃ euãgelicis literis deprehẽdi, ſi tu id legiſti mihi textũ deſignato. Iaco. Falleris Petre. Nũ tu Mathei ſcriptis aduertiſti, qm̃ paupes ille prædicarit beatos? Pe. Etiam legi, at quid hæc? Iaco. Ipſi vt euãgelio ſint parentiſſimi, miro animi ardore ſuas ipſi mittũt opes. Pe. Accedo Iacobe. Ea res autoritatẽ habet euãgelicã. Nã & idẽ is (quẽ adducis) Mathe⁹, agrũ, parentẽ, coniugẽ, deniq̃ cũcta relinquẽti, vitã cõpromiſit eternam, at ſi recte cõmemini, ſi ſenſus mihi integer, nuſq̃ ille hoc edocuit, nuſq̃ adhortatus eſt aliena cõponere. Iaco. Recte loq̃ris, at id Mathei nõ inſertũ eſt literis Lucę (ſi nõ fallat uocabulũ) hoc eſt documẽtũ. Pe. Optime frater Luca, tu id, vel extremæ opinat⁹ es eſſe felicitatis, ſuis renũciare, atq̃ cõquirere aliena? Lucas. Quid loq̃ris petre? Ego tã impij dogmatis aſſertor? non ſum. Equidẽ ſi id cogitaui, nihil vnq̃ feci iniquius. Iaco. Parce frater parce, Erroris eſt, quod negaſti, nihil in re eſt omnino impietatis. Lu. Et errorẽ mihi impingis? An nõ integra

Primum capitulum in regula mẽdicantium.

Per ironiã

Nota.

Doctrina euangelica

Oratio Lucæ.

mente ego præſens? Si vnq̃ id locutus ſum, peccaui. Iacobus.
Num narraſti eũ multo fore fenore felicẽ, qui ſua Chriſti cau
ſa neglexerit? Lu. Hoc verbũ meũ eſt, eſt & Mathei & Marci.
Iaco. Probe narras. Num tu & id elocutus es. Beati mendici?
Lucas. Mihi impoſuiſti Iacobe ſtruis calumniam, inui-
diam adparaſti, non id ea mente enarraui, ut alienas quis
auarus uenaretur opes. Iacodus. Miror te uirum
grauem crimen non agnoſcere. Primum quidem id

Cũ ſtoma- cho legẽdũ eſt.

dediſti dogmatis, ut quiſquis uitam uelit eternam, ſua tẽneret,
idq; tu non ſolus. tum demũ plus omnibus auſus, ad mendi-
citatem cohortatus es, ſic locutus, beati mendici. Lu. Agnoſco
quidẽ Iacobe quod narras, meũ eſt. Sed id mihi omnibus his

Inſtitutum mẽdicantiũ vñ ſit natũ.

plus eſt miraculo, quis unq̃ tam inſinceris animis me traduxe
rit. Miror, ſtupidus, quis hoc meũ uerbũ & ſanũ & ſacrũ tam
digeſſerit impie. Iaco. Luca, te q̃ſo contine, q̃d ſucclamitas? Si
non id ita a te narratũ eſt, inueſtiga, quo autore hic intellect⁹
prodijt? Quem tuarũ literarũ habes ĩterpræte? Lu. Sanctiſſimũ
plane atq; uere uirũ ap̃licũ noui Ambroſium, hic me candide
expendit. Iaco. Nũ aliũ? imo & aliũ, habeo & Aureliũ Augu
ſtinũ dudũ hipponenſis eccleſiæ antiſtitẽ, uirũ eque euangeli
cum. ſed & ſacratiſſimũ Romanæ urbis epiſcopum noui Gre
goriũ, qui nõ tẽnendis tractatibus me interprætatus eſt. Iaco.
Hos Luca exhibeto eos, atq; alios quotquot euangelicarũ lite
rarũ noſti interpræte, facito preſto ſint. Cõſurgit itaq; loco
Lucas, atq; paululũ digreſſus Ambroſiũ uocat ex noĩe, Au-
guſtinũ, Gregoriũ. Hieronimũ, Chriſoſtomũ, Ciprianũ, Hi-
lariũ, Ignatiũ, ad contionẽ euocat. Ad quos Iacobus ita exor-
ſus eſt. En habes Luca quos uolebas ipſe te crimine uindica, ac
cepta iniuria tu te purgato. Luc. O uere germana atq; ap̃lica
cohors, id uobis ab uno nobis ſummo deo muneris cõtigit, ut

Orõ Lucę

mea atq; cõmuniũ fratrũ noſtrorũ ſcripta, ueſtra illuſtraret in
duſtria. Id itaq; queſtionis mihi eſt, ſit ne q̃s e tã ſancto ueſtro
cœtu, qui me non dicam impie, ſed uel imprudenter traduxe-
rit? Qui mea & optime dicta & rectiſſime, impijs interpretamẽ
tis uitioſa reddiderit? Ambroſius. Quid narras Luca, Lucas.
Audite uiri ap̃lici, rem paucis explico. Nouum uitę genus or
bi illuxit, quorũ quidem inſtitutũ & primũ & celebre, hoc eſt,

mẽdicãtes hæc duo p̃ fitentur

ſua tẽnere, atq; auaris animis ambire aliena. Cuius q̃dẽ inſtitu
ti mendaciter affingũt autorem. Subnotarũt eñ (neſcio quę)
e meis ſcriptis, quæ huic iniquiſſimo eorũ inſtituto (ut ipſi uo
lunt) ferant patrociniũ. Ambro. Quæ nam obſecro? Lu. Nar-
rant me id dediſſe dogmatis, q̃m ſumme foret is beatus, q agrũ
atq; oẽm deniq; ſubſtantiam Chriſti cauſa neglexiſſet. Atq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc meũ uerbũ, male ipſi emuli, ſibi ſumpſere uitæ formam,
Neq; id ſatis, affingunt me ultro progreſſum, atq; id dix ſſe am
plius, q̃ñ beati ſint mendici. Itaq; gemina hæc mea narratio,
neſcio cui hoĩm generi in uitæ regulam abijt. Fateor, uerba q
dem uerba mea ſunt, ſed non ea ita locutus, atq; ceperunt iſti,
Mendicantes Ambroſium non legerunt.
Num tu optime Ambroſi id ita tuis literis enarraſti, num id
tuis inſertũ cõmentarijs ipſi ſublegerunt? Ambroſi⁹. Tam mi
hi hoc hoĩm genus ignotum q̃ quiſq; certe ignotiſſimus. Nul
la illis uiris cũ meis prorſus literis cõmunio neq; enim unũ
quidem e tantis illius plebis copijs lectorem cõ.merui. Ego ſiq
dem dudũ cuiuſdam Egeſippi Iudaicæ hiſtoriæ ſcriptoris in
terpres, tanto oẽm illã plebem eloquio perculi, ut ne unus qdã
ſit qui dictionẽ non grauate ferat, unus ille Egeſippus id mi
hi donauit iniuriæ, quod ne in iſtum uſq; diem mihi ex ea ple
be lector contigerit. Quare optime mi Luca, & ſi tua non tua
effeciſſem, quod tamen feci minime, neq; ſic quoq; e meis cõmẽ
tarijs id cœpiſſent, quippe quos ne uiderint quidam ne dicam
perlegerint. Lu. Et tu Aureli Auguſtine, nũ tu ſic mea decla
maſti? Auguſti. Declamaui quidem optime Luca aliquot tua
rum literaꝝ periodos, aut nullum horꝝ credo impie. Hoc aũt
erroris quod Ambroſio intentaſti, plus ego eo immunis. Nã
Auguſtini opera.
neq; mea quidem ſcripta lectione dignati ſunt, aliquot meis
opuſculis demptis, ijſq; pauciſſimis, in quibus quoq; tuorꝝ ni
hil enarraui. Nam bona meorꝝ codicum pars, ea potiſſimum
Libri de ciuitate dei.
quæ ſcripturarum enarrat arcana, neq; huius factionis uiris
vnq; conſpecta eſt. Siquidem ego olim rerum curioſus, non
ſine ſtudio Troianas atq; Romanas hiſtorias, meis dudum li
teris intexui, duaſq; ciuitates nouas ingœnio meditatus ſum,
de his docte diſſerẽs. Contigit ex ea plebe dudum uirum unũ,
forte fortuna inuiſere codicem, protinus ubi unam atq; reuol
uit pagellam, hæſit hominis ingœnium, fatigat eum hiſtoria
rum imperitia, phraſis oratiõis & licet mediocris ſit, diſplicuit
tamen, nimirum qui e ſuis neq; rebus neq; vocabulis quicquã
ibi repperiſſet, atq; in inſueta ire Herculis opus arbitratus ab
Auguſtin⁹ ſe tuetur.
iecit codicem, nihil Auguſtinum exclamans eruditum, nihil
in meis eſſe literis quod ad uerum faciat theologum. Igitur mi
frater Luca, nihil mihi queſo intentas criminis, nihil mihi & in
ſtituto illi. Lucas. Callide tu te Auguſtine vindicas, ego no
ui, dialecticus es, uerumtamen id præcor edicito ſi verum eſt.
Audio vnam harum (quatuor enim ſunt ſectæ), tuam eſſe, tibi
attinere, atque te duce, ſic agere militiam, quomodo tu tam te
expedis dialectice? Auguſtinus. En communis hic nobis de⁹
teſtis eſt, quoniam hoc uitæ genus nunquam meditatus ſum,
Attinet quidem mihi (vti loqueris) portio, verum nunquam

ego ſic vitā inſtitui, nūq̄ ſic vlli fratri vitæ ſcripſi formam.

Tres regu- le Auguſti ni.

Etēm exhiberi poterint tres q̄dē vitæ regulæ, quas meis ego
ſcripſi fratribus, in omnibus ad ſudorē, ad fatigationē nūq̄ nō
ſollicitās. Deniq̄ abijt me autore in publicū, libellus vnus, q̄
de monachorꝫ ope tulit titulū, hic adferatur, is me ingenue vin
dicabit, is loquetur q̄ otium atq̄ oēm mendicitatē ſemp̄ meis
ego fratribus parū approbarim, volēs ſemp̄ honeſtis queq̄ ſu
doribus vitā traducere, q̄ incertis vagari ſedibus, aut alienas
opes inuadere. Igitur bone Luca, ne q̄ſo me fatiges, nūq̄ eam
plebem cōtuitus ſum. Cū meis lr̄is, illis familiare nihil, deniq̄
ſi nō temeritatis eſſet dicere, credo in tāto hoīm cœtu vix queq̄
facile poſſe reperiri, qui totū Auguſtinū viderit, quid dicam
p̄legerit. Miror itaq̄ te mihi id imponere criminis optime Lu
ca, ſi e tuis literis illi autoritatē habēt, tu videris, ſi e tuis ſcrip
tis quiſq̄ ſit redditus iniquior, nihil ad me. ſi quiſq̄ melior, ni
hil mihi debetur. Poterat ea mihi ſatis eſſe iniuria, qua meos ip

Augnſtin⁹ motus eſt.

ſi codices ſuis bibliotecis eiecerint, neq̄ iā oportuerat te Lu-
ca me iniecto crimine laceſſere. Lucas. Semel dixi Auguſtine,
dialecticæ te neceſſitati eximis, callidus elaberis calūniæ, verꝫ
id q̄dē tuo more. Sed quid, nū tibi cōpertū eſt, quē traductorē
tam habuerim impium, q id tētarit, tā a ſtutū q ſubducat ſeſe?
Auguſt. Tua refert, cauſam recte expendere, tu tibi Luca pro
ſpicito, interim ego exemptus iniuriæ. Lu. Et tu Conſtātino
politanæ antiſtes Iohannes, nū a te hoc mihi mali? Chriſoſto.
Cādide Luca, obſecro mihi liceat loqui uerbū. Multis ego mo
dis gentē illā abnego, neq̄ em̄ eā plebē noui, atq̄ quod hoc eſt
amplius, nihil prorſus illis viris ac meis ſcriptis, ſiq̄dē ne ullū

Appoſitiſſi me ſtoma- chatur.

meū verbū ipſi recte capiūt, nimirū ego Græcus, ipſi barbari.
Lucas. Cipriane nū a te mihi ea infelicitas? noui em̄ q̄ aliq̄n
de baptiſmate nō ſcripſiſti catholice. Illi⁹ em̄ erroris tu autor,
tu fomes & hoc mali a te profectū eſt? Ciprianus. Vere Luca

Error Ci- priani de rebaptiſati- one.

ſi ſana mēte integer ego pręſens, plebē penitus nego, neq̄ q̄q̄
Cipriani codex vnq̄ illi genti conſpectus eſt. Lucas. Gregori
præſul ſemp̄ apoſtolice, ecq̄d? nū tibi dabo quod acceſſit infeli
citatis? ſi id fecero, nihil q̄dē cogitarim recte. Quis em̄ tā ſemp̄
apoſtolicus atq̄ tu antiſtes ſacratiſſime? Gregorius. Mi Luca
frater, ſiq̄dē a me id profectū eſt, nihil cōmemini, ſi tm̄ a me tibi
quicq̄ nō recte acceſſit, ipſe peccaui. Eius rei quā tā tu deplo
ras anxie optime Luca, parū omnino ego ſum cōſci⁹. Neq̄ em̄
vlli monacho vitæ ſcripſi regulā. Monachorꝫ prēm ſctiſſimū
Benedictū, aliquot ego dudū vexi honoribus, uiri integritatē
magnifice efferens, quin & alios aliquot viros inſignes meis

Libri dialo gorum.

ego dudū ſcriptis extuli, in eo potiſſimū codice, quē cū Petro
meo illo diacono cōem edidi, In quo q̄dē ope venerabilis pr̄is

Benedicti enarraui vitã, approbaui quod inſtituerat, nullam
ego nouã legẽ cõdidi. Igit̃ bone Luca, nihil mihi atq; plebi iſti
quæ tibi Luca hodie eſt infeſtiſſima. Lucas. Hieronyme frater,
ecqd. ubi reſides? Hieronym9. En preſto ego, euocaſti cũ me.
Lucas. Iã dudũ mihi nata queſtio, multis falſo impegit crimẽ.
Tu ne is qui imprudẽtius qcq; de me ebuccinaſti? Hieron̄. Et
quæ illa bone frater? Lucas. Quã tu parũ ſciſti. Hieroni. Et qs
mihi hæc annũciauit præco vt nouerim? Luc. Credo Ambro
ſiũ falſo dudũ actũ in cauſam tibi explicuiſſe iniuriã, atq; quid
hic ſit q̃ſtionis natũ nõ eũ te id celauiſſe. Hieroni. Rem oẽm cõ
pertiſſimã habeo, ſceleris ego autorẽ deſignabo ex noĩe, q non
te mõ leſit Luca, verũ infandiſſimis iniurijs, vniuerſos nos de-
turpauit, cõſpurcauit atq; illinit. Lucas. O o frater animũ cohi-
beto, tẽperato bilem. Hieron. Cohibeto? Inenarrãda mihi ſer
monis materies. Cõis hæc nr̃a iniuria vindicem nõ merebitur?
Et meretur, & merebit̃. Lucas. Candide Hieronyme, qd cauſę,
quid rei, qd ſermõis? nobis obſecro nõ inuidus enarrato. Hie-
roni. Cœleſtẽ oẽm cõtionẽ euoca, apl̃icũ pariter atq; cœtũ euã-
gelicũ exhibeto, nullus ſit q iuſtiſſimis nõ admittat̃ q̃rimonijs.
Ego electiſſimã hãc dei plebẽ ſempq; apl̃icã, hiſce vindicabo ꝓ
bris. Teſte cœlo, teſte terra, ĩ hãc ego deſcẽdo paleſtrã, atq; quo
certe fonte profectũ ſit, ut clariſſimi qq; autores intercíderint,
recte enarrabo. Ego itaq; dudũ rem tã nouam q̃ inſoliti his no Oratio hie
ſtris cõſpexi cœlis. Siqdẽ Petrũ atq; Paulũ cõtẽtioſo cõtueor ronymi.
digladiari alloquio, atq; dubiã pugnã incerto victore calli-
dus ego explorator obſeruaui. Petr9 acceptã a Paulo iniuriã
eadẽ dexteritate in eundẽ regerit, malens eadẽ fece & cõſpur-
care frẽm, q̃ in ſe cõiectã eluere. Exprobat etẽm Paulo Petrus
nihil eũ plane docuiſſe ſanius, ſed paribus omnino teneri rea
tibus obnoxiũ, qppe q nec ipſe lectorẽ ꝓmeruiſſet. Paul9 igit̃
vt ingœnio nũq; nõ eſt aſtutus, Iohannẽ, Iacobũ, Matheum,
Iudã, Marcũ trahit in cauſam, idq; ob id ut dũ cõem & eis hãc
infelicitatẽ ꝑſuaſerit, ipſe vnus cũ Petro nõ ſit infelix. Exqrit
ſingulos, vniuerſos expoſcit, ſi qs e nũero q lectorẽ habeat, ſi
nõ habeat, cur, quare, q̃obrem, qua certe culpa, quo ſit factum
errore vt lectorẽ nõ cõmeruerit. Loquitur alius alia, plus illo
querit̃ iſte, iſto plus ille lachrimat̃. Id vnis animis flent vniuer
ſi, iniquã eam eſſe plebẽ, q̃ mõ vitã viuit, ſe nihil ĩpietatis cõmi
ſcuiſſe literis, ſed hoim eã hodie eẽ maliciã, qui q̃q; etiã rectiſſi
ma erroris incuſent. Habent eñ illi, neſcio quẽ Ariſtotelẽ, cui Ariſtoteles
id qdẽ ab eis honoris cõtigit, ut nr̃arũ lr̃arũ ſit ipſe interpres. Si eſt ĩterpres
quidẽ huius viri ſenſis nr̃a ipſi cõponũt, ſi cõſonant, canonicũ apoſtolorũ
habent, quod nr̃m eſt, ſin diuerſum ille adfert, nr̃a manent no-
bis, nulla iam poſt hac cũ nr̃is eis lr̃is cõio, itaq; cũ diuerſiſſi-

mo ille ſpiritu digeſſit ſua, atq; nos noſtra, q̃uæ poterit unq;
bona reꝝ eſſe cõſonantia? qua fieri poſſit, ut in uniuerſum no
ſtra ille non ſubmoneat? Itaq; ubi apoſtoloꝝ quiſq; pro ingœ
nio tuliſſet ſententiam. Iacobus plus alijs audax in contione
ita locutus eſt, bonam quidem culpæ partem Ariſtotelis eſſe,
non tamen omnem. Inauditum ille uitæ genus adfert ſæculo
natum, cui quidẽ uitæ non exigua hoĩm ſubſcripſerit portio,
Iſtis donat, quod Ariſtoteli denegarat culpæ. Hoc etiam am-
plius aſſeuerans Lucę autoritate hoc hoĩm genus uitã habere.
Igitur dum ego Euſebius Hieronymus intus deo cõpoſitus
hæc integre perſpexiſſem, Lucæ infelicitas me cum Ambroſio
Auguſtino atq; reliquis contioni admouit. Optimus igitur
Lucas bene anxius, querit, inquirit, poſcit, expoſcit, atq; mul
to ſemper ſermone querulus mendatium lachrimatur, Ambro
ſio impingit errorem, ille ſe excutit. Auguſtino donat crimẽ,
is dialectice elabitur. Chriſoſtomũ, Ciprianũ, Hylarium ab-
ſoluit antiquitas. Gregorio innocentia tulit ſuffragium. Inte
rim ego aſtutus fratrũ calamitatẽ rideo, omnẽ rem integre per
ſpectam, cognitamq; mihi tenens. Quæ quidem ſic ſe habet op

**Oratio Hieronymi,**

timi uiri apoſtolici. De cõmuni hac noſtra infelicitate nihil at
tinet multa differere, cum nullus plane neſciat ſe e tanto hoĩm
cœtu neq; ullũ commeruiſſe lectorem. Cœteꝝ, quod Ariſtoteli
acceptam donamus iniuriam, non id quidem totum effecimus
inique. Maiores tamen faces huic noſtræ infelicitati, ea fratrũ
uita appoſuit, quam Lucas mundo natam queritur. Lu. Præ-
cor optime Hieronyme, liceat mihi interim te appellare oran
tem. Hierony. Integre licet. Lucas. Igitur dum tam tu euoluis
multa Hieronyme frater me certe fatigas. Si quid apud te mea
poteſt infelicitas, me obſecro tueare crimine. Hieroni. Suſtine
Luca, en modo enarrabo. Tu quidem Luca (fratribus coram
hæc loquor) ubi accepiſti inique, non recte cogitaſti, inſonti
bus dare crimen. Impegiſti effrons in diuum Ambroſiũ, Au-
guſtinum, Chriſoſtomũ, Ciprianũ, Gregoriũ, haud quaq; intẽ
tatos paſſus es, at hæc tu interim non feciſti recte, neq; ẽm de re
non integre perſpecta, quẽq; incuſari oportuit. Neq; quoq; e
ſancto hoc fratrum cœtu eſt quiſquã, qui non ſanctiſſime de te
opinatus ſit, qui non ſit locutus catholice. Quare ſcito bone
Luca, q̃m apoſtolici cœtus non eſt quiſq; a quo quicq; tibi
acceſſerit non rectum. Luc. Et a quo obſecro habeo? Hierony.
Semel dixi, ſuſtine narrabo. En nunc aurem arrige, ipſi ij id
energiæ e tuis eruerunt literis Luca, nullo fulti præſidio. Lu.
Ipſi ij. q ipſi ij? Hiero. Ipſi quos clamitas e tuis ſcriptis uitæ ſi
bi ſumpſiſſe regulas. Lucas. Hoc ab eis ego habeo mali? Hiero
nymus, habes Luca, Nam tua ipſi ſcrutati ſunt, atq; admotib⁹

Ingeniȷ̈ dotibus id intellectus eis contigit infeliciter. Tu q̄dē Luca narraſti, beati mendici ſpiritu. diſplicuit quod locutus es, necq; em̄ eorū quiſq; intelligere potuit, quid nam foret mendicum eſſe ſpiritu. Te caſtigarunt erroneum, ſic te tibi reſtituerunt, beati mendici panibus. Lucas. Mira narras Hieronyme. Hierony. Mira quidem, ſed uera. Luc. Tu me nunq; legiſti? Hierony. Et legi & iterū legi. Luc. Sic ſcripſit Lucas? Si mens mihi integra ſic tradidi, μακάριοι οἱ πτωχοί, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία θεοῦ. Hieronymus. Quid modo, necq; em̄ in tam numeroſa illa ſobole eſt quiſq; qui tuo hoc dicendi genere, qui eo idiomate te capiat. Latine iniuriam explica, ut & ipſi agnoſcant crimen. Lucas. Coram cœlo, corā terra ſic ego locutus ſum, Beati mendici ſpū, humiles atq; modeſtos expoſcens animos, pietatē em̄ erga ſupm̄ū deū uolui. Morūq; modeſtiam, nō mēdicitatē effrenem atq; reſolutā prædicaui unq̄. Hiero. Et quis e noſtris, tua non ita enarrauit? quis hoc tuum uerbū nō ita approbauit populis. Lu. Et quare ea plebs id e tuis Hieronyme literis aut ſaltem, tuis Ambroſi ſcriptis non ita didicit, nū laica eſt? Hiero. Non quidē laica, ſed ruſtica, ſed inerudita. Igitur quod queris, cur non ſanū huius uerbi intellectū e meis, aut certe Ambroſianis literis ſumpſerint, optime Luca, dudū dixi qm̄ tam me illi expugnarunt ſuis cœtibus, ut ne Hieronymi quidem codex apud eos conſpectus ſit. Atq; iam pene totus ego intercidiſſem, niſi vnus meus Eraſmus me ab interitu vindicauiſſet. Neque tamen Ambroſio, aut Auguſtino, aut cuiuis claro autori quicquam contigit felicius. Denique quod omnibus his eſt amplius, dudum ſacramentis aliquot ſeſe ſibi deuinxere, ne quis clarum autorem palam reuoluat, quoniamquidem ſi id comperiſſent, plagis in delinquentem ſolent animaduertere, atq; ita verbere piaculum diluunt. Lucas. Iſti ergo ſunt, quorum eſt, vt nec Petrus, nec Paulus, neque Iacobus lectorem habeat? Hieronymus. Iſti ſunt. Lucas. Iterum rogo, laica ne ea plebs? Hieronymus. Iterum dico, non laica, ſed ruſtica, ſed inerudita. Lucas. Si non laica, ergo eſt ſacra. Hieronymus. Sacra quidem eſt, quia ſacrata ſacro pontificum officio, atque Chriſti ſacramentis, quorum illi miniſtri. Lucas. Et quidem ſi Chriſti illi adminiſtrant ſacramentis, non credo eam plebem omnino ruſticam, ut omnino nullas bonas literas nouerint. Hieronymus. Norunt quidem literas, ſi bonas neſcio. Lucas. Et ſi literas tenent, quare eas non habent bonas? Hierony. Quia bonarum ipſi literarum autores, ſuis dudum eiecerunt cœtibus. Id nempe eſt quod queſtus eſt Petrus, quod flet Paulus, quod Iohannes lachrimatus eſt. Lucas.

Cū ſtomacho legēdū eſt.

Stomachat.

Eraſmꝰ reſtituit Hieronymum.

Theologica veritas.

Stupeo Hieronyme quæ narras. Hieroñ. Hæc tu ſtupes bone
Luca? Plus miranda ſubnectam. Cōtigit quod euulgabo. Eſt

Fratres de cōi vita.

diuerſa multū ab id genus. vita, quam qdē viuunt ij, qui naſcē
tis eccleſię emulati infantiam, ea ſumpſere viuendi inſtituta, q̄
tu Luca tuis cōmēdaſti lr̄is, (cōis qppe vitæ fr̄es ipſi nūcupa-
runt ſeſe,) nouiſti plebem Luca? Lu. Integre noui, electiſſima
plane dei ſoboles illa, vita quoq₃ uita certe eſt ap̄ſ̄ica, atq₃ nr̄ę
vniuerſitati nūq₃ nō fuit gratiſſima. Hiero. Probe narras, igit
hoc ritu degentibus fr̄ibus, duos ego dudū puellos appoſui,
vti hoꝝ tū modeſtia, tū integritate inſtituti, ipſi & alijs hanc ui
tæ normam qn̄q₃ aduehèrent. Itaq₃ dū in annū iam ecce tertium
pudicis illi moribus imbuuntur, omni virtutum gn̄e in breui
emicuere adoleſcētes. Neq₃ quo ꝑ inſignis eis eruditio abfuit.
Cū Hieronimianis atq₃ Ambroſianis tractatib⁹ cōtigerat qdē
eis bona familiaritas, eos qppe ceu puros claroſq₃ autores, il-
lis illoꝝ præceptor approbarat. Geminam ergo hanc ſobolē
moribus pudicam, atq₃ eruditā, optimis ſtudijs, ab hoc fratrū
cœtu, poſt annū ecce tertiū ſuſtuli, illis eam apponēs, quos tu

Illis, videlicet thomeis Hieronymi aſtus.

Luca habes inimiciſſimos, multa arte aſtutus moliēs, ſi uel hoc
aſtu callidus poſſit Hieronym⁹ irrepere, vt ſic Hieronymi no
men, parū ibi cognitū introduceretur. Quæ qdē cogitatio ſi mi
hi ſucceſſiſſet, & tibi & Petro deniq₃ cūctis nō modicū peperiſ
ſet emolimēti. Id qppe animo inſtitueram, ſi mihi cōtigiſſet adi
tus, ego tpe factus audacior, & Petrū & Paulū, Iacobū & Io-
hannē, oēſq₃ claros autores callidus introduxiſſem. Verū his
meis nequitijs affectatis, non ita effectus fauit, dū em̄ cādidos
adoleſcentes monachis exhibeo, exoſculant̄ qdē præclaram
puelloꝝ indolem, veſte cingūt, corona inſigniunt, voluit an-
nus, tacitus ego me interim in adoleſcētibus inſinuo, arte, inge
nio, aſtu locū reſidendi efflagitās. Igit̄ dū Hieronymū in ado
leſcētibus ſuſpiciūt, id ſcribūt præcepti, quod omni aduēticio
primū ipſi ſcribere ſunt ſoliti, cauētes, ne claros autores vnq₃
manu attētent, qm̄qdē ſi id notet̄, plagis terrent aduertēdū eſſe
in delinquentē. Lu. Rem audio prorſam mihi nouam. Hiero.
Nouam qdē Luca ſed veriſſimam. Lu. Obſecro candide Hiero
nime mihi edicito (ſi tn̄ noſti) cur id tam cauēt ſolliciti. Hier.
Hæc ita fieri, gemina eos agit vtilitas. Vna ne rebellem, ne ef
frenem (vt aiūt ipſi) pubem ſentiant, ſi forte cōtingat eam do
ctius eruditam iri, atq₃ ne nouelli ueteranoꝝ, aut ſupſtitionē

Nota ingœnium iſtius Eſdræ. Veritas theologica.

rideant, aut deprehēdant flagitia, atq₃ ſic ne temnent, ne obgā-
niant, ne parū illi ſe ſinant deprimi, hac cauſa ſtolidam magis
pubem volunt, docta & erudita, ferunt em̄ imperitam ſimplici
tatē, atq₃ ſimplicē imperitiam, ſuis omnino inſtitutis accōmo-
datiſſimam. Hæc qdē cauſa eſt vna, ob quam tam cauent, ſolli

ſti ne neophitus quiſq̄ bonos uoluat codices. Altera in quo ſuos ipſi autores euehāt, ut proſtituant, ut educāt in publicū. Lu. Suos autores. Qui iſti? Hieroñ. Dudū audiſti quatuor factiones, diuerſis inſtitutis unā uitā uiuere. Sunt q ſanctiſſimo Dñico fratris nři militiā profitenť. Iſti a Iacobo (neſcio quo) non bonæ opiniōis Iacobitaꝝ retulere uocabulū. Hi ſuos habent autores, ſupra quos nō facile quēq̄ introducūt aliū, niſi forte quis e ſua ſit natus familia, ut domicanus ſit. Luc. Quos obſecro habent? Hieroñ. Huius familiæ primas, Thomas eſt, cuius quidē codices ingētiſſimi, & tua & mea & oīm cōmuniū fratrū ſcripta eiecerūt, ne qs nřa lectitaret. Lu. Nū ſacratiſſimus ille eſt Thomas, quē uirū nos habemus apl'icū? Hiero. Nō eſt. Lu. Nū is eſt q dudū nobis acceſſit? Hiero. Non ſpero, uehemēter addubito, qm̄ qñq̄ de ſuoꝝ ipſe ſecta q̄ſitus, negauit plebē, tāq̄ ad ſe parū attinētē, illud addēs amplius edidiſſe qdē ſe aliquot opuſcula, indigniſſima tñ q̄ apl'icis atq̄ canonicis autoribus debeāt cōponi. Rogatus iteꝝ a me, ſi ipſe aut errans, aut impius cauiſſet, ne qs unq̄ thomiſta claros apl'icoſq̄ attrectaret codices, id dedit reſpōſi, optime Hieronyme hoc prorſus honoris nunq̄ meis imprecatus ſum lřis, ut mea obſcurarint tua. Quis em̄ Thomas cōmiſſus Hieronimo? Lu. Aliū reor eſſe Thomā quē tam habeo infenſum hoſtiliter. Hieroñ. Aliū eſſe oportet, nā neq̄ hic Thomas ſuos hodie Thomiſtas intelligit, neq̄ iſti Thomiſtæ, hūc capiunt Thomā. Lu. Si nō capiūt, demiror plebē tā deuotā ignotiſſimis apicibus. Hieř. Incognita qdē eis Thomæ ſcripta, at nō ipſi hoc aduertūt. Hoc etem̄ habent opinionis, nihil eſſe in thomiſticis lřis, quod nō capiāt. Lu. Et qdē ſi caperēt, qs recte hoc eis inuidet. Narraſti em̄ oēm eos etatē Thomæ lřis deuouere, atq̄ unū oībus hoc eſſe ſtudiū ut mentē Thomæ inueſtigent. Igit ſi Thomā qdē ipſi caperēt, nō id iniquus ego emulator eis inuideo. Vnū tñ eſt quod parū mihi arrideat in ea plebe, eū uidelicet uirū illi gēti in manibus tā eſſe perpetuū, ut ne apl'icus qſq̄ autor ſemel admittať. Hieroñ. Non facit id unus tibi Thomas Luca, habēt īnumerā autoꝝ ſobolē, quos exoſculanť, colūt, prædicant, uenerantur, quoꝝ qdē una pagella, oībus meis lřis plus eis eſt grata. Luc. Qui iſti? Hieroñ. Habēt unū cui Vincētio uocabulū, quē ſpeculatoris titulo circūferūt. Luc. Speculatoris dicis, ſpiculatoris uelis credo, tāq̄ alioꝝ ſcripta ipſe trūcet atq̄ abbreuiet. Hieř. Si ſic uelis, recte deducis uocabulū, placet quod dixiſti, uerū nō ita illi eū nouere, ſpeculatorē uocitāt, pro eo q multa ille ediderit ſpecula. Lu. Et qd huiuſmodi ſpeculis ſpeculāť? Hieř. Aliud eſt ſpeculū quo præteriti tpis ſpecularis hiſtoriā, regum atq̄ imperatoꝝ ibi narratur ſucceſſio, Aliud eſt ſpeculū quo

Thomæ cōdices.

Scōma eſt.

Speculū hiſtoriale.

moribus cõſuluit hũanis. Aliud eſt quo ſcolaſtice q̃s eruditur.
Speculum morale.
Aliud eſt, in quo omne diſcutit cuius natura parens, atq; i quẽ
quidq; natũ ſit uſum eo ſpeculo ſpecularis. Lu. Velim q̃dẽ id
Speculum doctrinale.
mihi cõtigiſſe felicitatis, quo liceat, uel ſemel hęc ſpeculari ſpe
cula. Hiero. Parũ opus eſt Luca. Vincẽtij nõ opus hoc, furtim
Speculum naturale.
ipſe ueris autoribus ea ſuſtulit, atq; nõ ſua, ſua ille mẽtit⁹ eſt.
Itaq; & e multis hic un⁹ eſt cui illi oẽm donauit ætatẽ q̃ Hie
Antonin⁹.
ronymũ neſciunt. Eſt adhuc alius romanis dudũ tumultibus
conſertus, huic Antonino uocabulũ, eiuſdẽ omnino farinę cũ
Vincentio, codicũ copijs cũ quolibet paratus contẽdere. Huic
nihil minus honoris obtigit, q̃ Thomæ atq; Vincẽtio. Ali⁹ eſt
Siluester prieras ſacri hodie mgr̃ palatij, uſq; mõ Romana ur
Siluester.
be degens, Hic ſuis autoribus neutiq; degenerans, optimorũ
parẽtũ, optimus ipſe pediſſequus ſuis fratribus nõ inique fa
uet. Is dudũ opus meditatus eſt, quod abſolutiſſimũ ipſe orbi
produxit. Lu. Quis codicis titulus? Hiero. Silueſtrina ea ſũma
eſt. Lu. Noui, de ſiluis ibi oĩs ſermo. Hieroni. Falleris, ſuo eũ
inſigniuit uocabulo, a Silueſtro quippe hoc noĩs abſtractum
eſt, nõ a ſiluis. Lu. Quare uiui hoĩs uocabulũ, ſtolidus atq; mor
tuus circũfert codex? Hieroni. Fit id ut ſuũ autorẽ ipſe codex
prædicet, ut cũ codice pariter ipſe autor orbi oriat̃. Lu. Et qua
rũ ibi rerũ ſumma? Hieroni. Oĩs q̃ſtionis ibi ſumma. Quicq̃d
enĩ interrogationis ſuborit̃, hic codex diſſoluit nodũ candide,
docte diſcutit. Lu. Non capio, luculẽtius rem explica. Hiero.
Hic liber talis eſt, tantus eſt, q̃ ap̃licæ uitæ nõ parũ ferat emo
limenti. Lu. Qua nam id ratione? Hieroni. Apoſtolicam uitã
digerit, differitq; quid, quantũ, quõ orthodoxũ quẽq; ſeruare
oporteat. Lu. Putaram me id abunde tradidiſſe, neq; alijs iam
opus eſſe dogmatibus. Hiero. Tu q̃dẽ Luca ingenue enarraſti
quo mõ eternam atq; ſacram quis uiuat uitam, hic aũt codex
uti tuus uiuere q̃dẽ docet, ſed uitã omnino aliam. Lu. Tu mihi
barbarus, parũ ego te capio. Hiero. Tu optime Luca uitam ho
minibus approbaſti, ſed celeſtem, docuiſti uitam, ſed eternam
quam uiuimus nos iam celo donati. Ille aũt uitam docet, ſed
eam quam inferior hic nouit mundus. Congeſſit ſiq̃dẽ in ſuo
ille codice uaria, ſed parum ſalutaria documenta, quo ordine
eccleſiaſticos honores aſſequi debeat, quo iure debeat ſua tue
ri. Ipſe docet quis orbis princeps, quantũ huic liceat, quid poſ
ſit, ſi huius imperiũ terrã ſuperet, ſi celis imperet, ſi præſideat
inferis. Talis hic codex ut nõ uiderim facile mendicitate preſſũ,
aut alia ulla infelicẽ egeſtate, qui eũ codicẽ recte didicerit, ſui
enim ſtudioſo non malas opes congerit. Igitur dum ij mona
chi mendici ſunt, cum codicem atq; pares, hoc eſt, eiuſdem fari
næ libellos diſcunt perpetui, quo fit ne ut ulla quidem tempo

ris portió tuis Luca aut meis cedat literis. Lu. Ergo ne om̃s
mihi iam enumeraſti, quos e thomiſtica familia inimicos ha-
beo? Hieronymus. Huius ſectæ pinxi primates, multum fo-
ret de ſingulis habere uerbum, habent illi innumeram doctoꝝ
cateruam, qui tanq̃ bonæ pecudes ſuis nituntur primatibus.
Hi unis uotis id agunt omnes, ne Hieronymo, ne Auguſtino
ulla cedat intrandi occaſio, ne ipſi noſtro lumine adũbrentur.
Præclari enim nominis umbra ipſi gaudent. Metuunt autem
ſuis lacunis, pudetq; eos quicq̃ neſcire, at ꝓ ob id hæc cauẽt,
ne quid eorum maieſtati decedat. Verum hæc de ea ſecta ſuf-
ficiant, quam Thomeam nouimus. Alia eſt minoritaꝝ, qui — Frãciſcani.
ſanctiſſimo atq; uere digniſſimo uiro Franciſco uitam debent.
Iſti, licet alioqui pij, hoc tamen cum primis habent cõmune,
quod ne ullum quidem clarum autorem dignentur hoſpitio,
nimirum ipſi ſuis autoribꝰ locupletiſſimi. Eſt eis Artaxanus
uocabulo, magna codicum congerie locuples. Eſt eis ſenenſis
quidam cui Bernardino uocabulum. Eſt alius (quem noui-
mus) Bonauẽtura, atq; in horum quidem ipſi uerba iurarũt,
ſe nihil unq̃ accepturos aliud, ꝙ iſti eorum heroes opinati
ſunt. Lucas. Et quid horum lati codices ferunt digni. Hiero.
Id quod in thomiſtis dudum riſimus, multo id facimus licen-
tius Minoritis, qui iſti hoc plus ſunt impij, quod in præſcrip
ta ſibi uitæ ſtatuta delinquunt. Lucas. Doce Hieronyme
quæ narras. Hieronymus. Horum quidem legiſlator Fran
ciſcus, orationem atq; meditationem, lectione plus uoluit, de — Minoritas
ditq; hoc ſuis mandati, ne reꝝ atq; nouitatũ ipſi curioſi, his re- — pingit.
bus darent animos, quæ parum forent ſalutares. Apoſtolicos
præcones enunciare Chriſti euangelium ille hortatus eſt, de
tremendo quoq; ſummi dei iudicio, de infinita beatorum glo
ria, uerbum indulſit. Hæc eos euangelizare ille adhortatꝰ eſt,
cum tamen hodie nihil preſtent neglectius. Primum ſiquidẽ
eis ſtudium apud imperitum uulgus admirationẽ ſui facere,
& non tam docere ſancta ꝙ ridicula, utq; muliercularum ue-
nantur opes, multa agunt arte ne quid aſperum in contionem
eloquantur, nimirum ipſi mendici, atq; familiarium rerum in
digentiſſimi. Euangelicam itaq; ac apoſtolicam ſcripturã, atq;
quicqd clariſſimi autores, de letifera ſeculi uoluptate, de eter-
nis ſuppliciorum flammis, de diſtricto dei examine, literis
quandoq; mandarunt, ipſi omnino non legunt, ne eloqui con
tingat, ne ſuam ipſi plebem quandoq; exterreant. Sed ſi in cõ
tione plebi quicquã loquendũ eſt, omnibus idem eſt armariũ,
e quo ſpicula legunt, quibus, cũ, imperterritã aggrediuntur
plebeculã. Lu. Quod q̃ſo hoc armariũ tam munificũ, ut omibꝰ
ſatiſfaciat, tam ſemꝑ exuberans ut nequeat exhauriri. Hieronꝰ.

Armariũ ipſi nũcupãt ſanctas ſuoꝝ codicũ copias, quos Se-
nenſe illo autore Alexandro ipſi habent, huic vni id honoris
ſingulariter contigit, ut enarrare nequeat. Non eñ tam ſenſit
quicq̃ hereticũ, quod non maxime illi habeant canonicum.
Non id cuiuis contigit uiro euãgelico nõ aplico quod iſti Io-
hannis atq̃ Mathei dictis dudũ Ariſtoteles errorẽ inuſſit. Fe-
lices plane uiri iſti euãgelici qui tanti philoſophi opa errore
exuti ſunt. Iohannes igit̃ cũ aliena opa correctus ſit, hoc Alexã-
dro, longe qdẽ eſt inferior. Et qd mirabere, ſi ſummus ille phi-
loſophus errorẽ in Iohanne aduerterit, qñ dudũ vnus frãciſca-
næ familię idẽ in eundẽ attemptarit. Narrauit euangeliſta hic,
Chriſtũ multiplicatos panes quinq̃, appoſuiſſe turbis, & ſimi-
liter inquit ex piſcibus quãtũ uolebat, ὁμοίωσ καὶ ἐκ ὀψαρίων
ὅσον ἤθελεν. Igitur Minorita verbi cenſor acutiſſimus, euã-
geliſtæ inclamauit errorẽ, dicãs eũ ita debuiſſe ſcripſiſſe, & ſimi-
liter ex piſcibus quantũ uolebãt, qm̃ ſic atq̃ nõ aliter ſanus in-
tellect⁹ poterit (inquit) conſtare. Lu. Miror hoiem, & nũ tam
eſt lectio ſana ſi legas uolebat, q̃ foret ſi uolebãt pnunciaris?
Hiero. Aliud refero, e quo facile cuiq̃ poſſit innotuiſſe q̃ ſi-
mus uniuerſi, hoc Alexandro tũ inferiores, tũ infeliciores, ſiq-
dem cũ nũq̃ nõ ſit ille canonicus, nos nũq̃ nõ ſum⁹ erronei.
Prologus bibliæ. Dudũ ego in oẽs ſacræ paginæ libros ad Paulinũ epiſtolam
ſcripſerã, in qua cũ id ſcribens adduxiſſem, quõ Plato ſtudij
cauſa Egyptũ, magnamq̃ peragrarit Græciã, queq̃ a pyratis
captũ retulerã, mox de tanto philoſopho, ob philoſophiam in-
eo inſignẽ, p amicũ redẽpto, ſic intuli, qm̃ maior emẽte ſe fuit.
Franciſcanus nihil eoꝝ intelligẽs quæ legiſſet, maluit errorẽ
mihi impingere q̃ inſcitã fateri inſcitiam. Deniq̃ ita me mihi
reſtituit. Tamẽ quia philoſophus maiore mente ſe fuit, demi-
ror hoiem, cũ ex ea epl̃a id erroris ſubnotarit, cur nõ etiã illud
aduerterit, quod de eo atq̃ cõſimilibus ſycophãtis ibi ego elo-
cutus ſum. Ni fallor ſic ibi narraui, Agricole, cemẽtarij, fabri,
metalloꝝ, lignorũq̃ ceſores, lanarij quoq̃ & fullones, abſq̃
doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Sola ſcripturaꝝ ars
eſt, quam ſibi oẽs paſſim uendicat. Scribim⁹ indocti, doctiq̃
poemata paſſim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc
ſophiſta uerboſus, hanc uniuerſi, præſumũt, lacerant, docent
Vbi tangitur regula: ſophiſta verboſus. anteq̃ diſcant. Alij adducto ſupercilio grandia uerba trutinan-
tes inter mulierculas philoſophantur. Et ne parũ hoc ſit quadã
facilitate uerboꝝ, imo audacia ediſſerunt alijs quod ipſi nõ in-
telligunt. Hæc cũ ibi ego enarrauiſſem, miror cur nihil aduer-
terit ea in ſe eſſe ſcripta, qui tam ſtudioſus unicũ meũ ieſtiga-
rit erratũ. Igitur optime Luca, integre tibi eſt perſpicuũ q̃ ſit
Hieronymus hoc Alexandro infelicior, in quo non Plato, nq̃

Ariſtoteles,ſed unus errorē depræhendit minorita. Quid mihi
manſiſſet integrū,ſi me ipſe expendiſſet Ariſtoteles? ſed de
his abū de narratū. Tertia ſecta Auguſtiniana eſt, ueꝝ hippo Auguſtini
nenſis hic antiſtes dudū plebē negauit tu noſti Luca,nihil ſibi ana ſecta.
atqꝫ inſtituto illi,ſucclamitās. Eqdē ſiue huic, ſiue alĳ ipſi uitā
profeſſi ſunt,nihil attinet. Supfluū aūt foret de ſingulis ſingu
la euoluere. Si deſignatā tibi plebē coaptas,una eſt hoꝝ cū pri
mis impietas,ſi poſcas me eos tibi probe pingere,ea q̄ Thomi
ſticæ factionis agnouiſti,huic ſectæ ſunt cōia,neqꝫ em̄ eſt quo
uel ad modicū differant tam ſibi cōmiſcuere uiuendi inſtituta.
¶ Quarta familia ea eſt,quæ a Carmeli monte nomē ſuſtulit, Carmelitæ
Hæc antiqtatis iure cū tribus audet cōtēdere,nō parū ſibi inde
religionis arrogans. Iſti Baſiliū magnū,dudū Græciæ lumen
ſui inſtituti cōfingunt autorē. Lu. Baſiliū,Gregorĳ Niſeni epi
germanū? Huic uiro tā pio ſuam illi uitam donant? Hieroni.
Donant qdē,ſed inique,ſi em̄ Aurelius Auguſtinus hāc plebē
nūqꝫ cōtuitus eſt,ſi ne unus qdē in toto erat orbe,hanc uitam
profeſſus,cū ille Hipponēſi præſideret eccleſię. Auguſtino lō
ge amplius immunis debet eſſe Baſilius , nimirū etate multo
prior. Hiero. Id eſt quod exclamito, qm̄ falſiſſime ſuis inſtitu
tis ducē affingūt Baſiliū. Itaqꝫ ſicut in inſtituti autorem ſunt
impĳ,ita neqꝫ nobis Luca ſunt pĳ. Eadē em̄ eis cū Frāciſcanis
dogmata,codices partim habēt cōes,atqꝫ in popularibus cōtio=
nibus nihil agūt iſti ſetius atqꝫ minoritæ. Vtraqꝫ tn̄ familia &
Baſilica,& Franciſcana populis ſatis eſt grata, plus illa quæ Sic tacet, ut
Thomiſtica eſt , cauſam mihi teneo Luca,ne te grauem , ego nihil nō elo
noui qꝫ feras grauate quicqd ego nō bonæ opinionis de dn̄a quatur.
nr̄a ego euulgauero. Lu. Ego noui,tibi rem cōtine, ſint tua ti
bi. Hiero. Eſt aliud Thomiſtaꝝ facinus,quod ne ulli qdē ho
mini ego pandā,qm̄ exuſtio piaculū diluit. Lu. bene noui,ne
fariū id facinus,atqꝫ(ut ꝑſpicio)impia tota hæc plebs. Hiero.
Impia? prorſus impĳſſima. Et em̄ iam olim extremū oēs interi
tū cōmeruerant,ſi nō ſupræmus Ieſus ꝓpter bonas in illa gre
ge pecudes,etiā nō bonis peperciſſet. Dn̄s em̄ nr̄ emendatiorē
uitā eoꝝ præſtolatus,uſqꝫ nūc exitiū ſuſtulit,ſed & ego certe
mihi polliceor,qm̄ bona ſpes eſt fore,ut in melius qd refor=
matā plebē aſpectem,aut certe ut ablatā e medio, tam eā non
ſentiā infenſam mihi hoſtiliter. Lu. Probe pinxiſti impietatis
ſectas quatuor,te narrāte didicimus oēs,qm̄ hoꝝ uiroꝝ eſt fa
cinus,quod ego Ambroſio,atqꝫ tibi Hieronyme neſcius op=
pegeram. Cœteꝝ unū eſt quod neſcio, Te narrante audiuim9
uniuerſi,qua cauſa noſtros codices illi negligant, ſed qd, nū
& hoꝝ debet eſſe impietas,quod in toto Chriſtiano hoc orbe
uix unus,atqꝫ alter ſit,q nos lectione dignetur. Audiui dudū



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petrum atq̧ Paulū contentioſo congreſſos colloquio, in Ariſtotelem maledicta congerere, qui eos toto orbi expugnauiſſet. Nū & iſti (quos loqueris) monachi id patrarunt iniquitatis? Hierony. Patrarūt. Luc. Miror quō monachi ī cellis atq̧ repagulis cohibiti, id mali diſſeminarint in toto orbe, non capio, ſi ſciſti edoce. Hieron. Ego narrabo, me audito. Quatuor iſtæ uiuendi factiones, totū orbem certis ſibi diſpartiuntur limitibus, certis terminis ſibi mundū diſtribuunt. Neq̧ tam eſt quiſq̧ locuples, tā nullus tenuis, ad quem illi nō ingrediātur, etiā ſi extrema oceani ora quis deliteat, habitatorē ipſi eruunt. Lu. Quid ingreſſi annunciant? Hiero. Ferunt auferunt. Luc. Explica quod loqueris hieronyme, non capio. Hiero. Ferūt illi ſua dogmata, auferūt aliena æra. Lu. Aſtutus mihi uideris hieronyme, Hiero. Ego tibi aſtutus? manifeſtius loquor. Ipſi ingreſſi mendicitatem prædicant, q̧ fuerit felix quiſq̧s Chriſti cauſa larga manu munus adiecerit, celū eis pollicentes, muliercularū̧ ſcrutantur arcana, aſſerentes ſe nō ſine fenore, tanta itineris poſſe ſpatia emetiri. Tum demū ſacram edem adeūt, atq̧ eo plebem cogunt coire. Tum quiſq̧ miris modis ſuū uehit inſtitutū, atq̧ primū ſuæ uitæ adferūt heroas q̧ fuerint illi uita ſanctiſſimi, q̧ eruditiōe inſignes. Itaq̧ ſi thomiſta eſt qui uerbū habet, ita plebē aſtutus aggreditur, hac arte ſtipem aucupans. In noīe dn̄i amen. Ego quidē dilectiſſimi in Chriſto uitam meam iſtā tam ſanctam, ſancto præbeo Dn̄ico, eruditionē aūt quam ego uobis huc attuli, non beato Dn̄ico, ſed glorioſiſſimo, inuictiſſimo, ſplendidiſſimo, ac inſigniter, inenarrabiliterq̧ docto debeo ſancto illi Thomæ de aquinas. Igit̄ quod bono ego exemplo uos pręcedo, q̧ oīa mea ꝓpter deū etiam gaudens reliqui, hoc idem uos moneo facere. Et ſi nō poteſtis oīa tam pure relinquere ꝓpter deū ſicut ego, bonam partē relinquentes ſalui eſſe poteſtis, qm̄ ſi illam mihi donatis, ſanctus Dn̄icus & ego & oēs ffes mei, noctibus, diebuſq̧ cantantes, pſallenteſq̧, intercedent ꝑ uobis, & ſine omni dubietate abſq̧ purgatorio euolabitis. Sed dicit aliq̄s ruſticus qui non intelligit lr̄as, quō tu iacobita iſta probas? Ad quod ego. In pricipio dixi, qm̄ ſanctitatē uitæ meæ a Dn̄ico habeo, quam huc uobis ad exemplū affero. Eruditionē aūt, hoc eſt, q̧ ſcio ſcripturas interprætari, q̧ poſſum probare q̄ dico, ab inuictiſſimo, ſplēdiſſimo, glorioſiſſimoq̧ habeo beato illo Thoma de Aquinas. Igitur q̧ queritis uos ruſtici, quō poſſum ꝓbare q̧ ſine purgatorio euolabitis, ſi mecū caritatē feceritis. Eya nūc bene, doctrina ſancti Thomæ ponat̄ in mediū. Denudate capita ur̄a uiri & uxores meæ, & id ꝓpter duas cauſas, Vna, q̧ cū reuerentia audiatis doctrinam ſancti Thomæ, Altera ut poſſitis audire in

Sermo thomiſticus.

Aſtutus uenator.

Animū tēperato.

telligibiliter, quia multa pallia obturant auditū. Eya ergo bñ
nūc, doctrina inuictiſſimi Thomæ ueniat in mediū. Iſte enim
doctor tam glorioſus eſt, ꝙ nec unū in tota eccleſia ſcio docto
rem, qui poſſit ei merito cōparari, qm̄ oēs huiuſmodi queſtiōes
de fide de ſpe, de caritate, de prudentia, de iuſtitia, de fortitu-
dine, de tēperantia tam expedite ipſe ſoluit, quod nihil ſupra.

Recte, nōn poteſt cuiꝗ cōparari.

Et de his libris unū magnū librū fabrificauit, quem ſecunda ſe
cunde noiauit, quem librū oēs docti nouerunt, & ꝓpter mag-
nitudinē ſuam legere nō poſſunt. Quid dicam mariti & uxo-
res meæ? O utinā Hieronymus hūc librū habuiſſet & Auguſti
nus, non tam multos haberent errores. Hic aūt liber eſt ita pfe-
cte bonus, ſicut etiam oēs alij eius libri, quod nec ſummus ille
philoſophus deus huius mundi Ariſtoteles unam qdē ſentētiā
beati Thomæ erroneam iudicat. Ex hoc poteſtis bene cogno-
ſcere, qm̄ ſi ille philoſophus tam doctus nihil in eo repræhen
dit ꝙ rem ſuam bene ſciuit, & ꝙ oīa eius ſunt ualde bona, pa-
tet p locū ab autoritate affirmatiue.

Cōtrarium eius eſt ueriſſimum.

Scripſit dudū audiui Au
guſtinus quidam epiſcopus librū contra iudeos & paganos.
Scripſit etiam beatus thomas librū contra errores paganoꝝ,
ſed nulla eſt inter illos duos libros cōuenientia. Nam Augu
ſtini liber non eſt tam facilis ad intelligendū ſicut beatiſſimi
Thomæ, qui philoſophus fuit, & ſciuit quō debuit loq ut ſim
plices intelligerent eū. Quid em̄ prodeſt loq bonū latinum, ſi
nō intelligit q audit, ita quid profuit Auguſtino illi quod bo
na latinitate ſuū librū ſcripſit, qn̄ nullus intelligit. O felix tho
mas. qui ita ſcripſit ꝙ oīs homo eū intelligit.

Audiuit quia nunꝗ legit.

Ecce hodie mul-
ti uolunt eleganter loqui, & uolunt diſcere grece, & ad quem
finem? nunquid nos hic ſumus in grecia, aut nūquid btūs tho
mas non poteſt intelligi, ſi non ſcis grece. Ecce ego manifeſte
exclamo qm̄ grece nō ſcio, & eque bñ intelligo Thomā, eque
bñ ſum doctor, eque bñ ſum theologus. Nunqd hoc mihi inde
uenit qm btm̄ thomā bñ ītelligo.

Theologica ueritas.

Igit dilectiſſimi mariti & uxo
res meæ, ſi ſcitis legere, nō eſt opꝰ ꝙ ematis multos libros, id
eſt, aut opa hieronymi, aut Auguſtini, aut alioꝝ doctoꝝ. Sed
necꝙ bibliā necꝙ euāgelia opus eſt emere, ſolū emite & legite
opa iuictiſſimi thomæ, q ſolus ſatisfacere pōt ꝓ euāgelijs & ꝓ
oībꝰ hieronimis & auguſtinis & Ciprianis. Si āt uos uxores
meę & mariti nō ſcitis legere, dico uobis, ſic docete pueros ue
ſtros, ut nihil legāt niſi thomā, aut certe ſi aliqd plꝰ uolūt lege
re Vincentiū, Antoninū, Siluestrū legere debēt, quia de omi
materia quę poteſt excogitari iſti ſcripſerūt, qm̄ ſi iſtos libros
legerint, ex libris Thomæ fient philoſophi, ex doctrinali vin
centij fient ſcholaſtici, ex Antonino hiſtorici, ex Siluestro ca-
noniſtæ, hoc eſt iuriſperiti, & qd amplꝰ poteſtis deſiderare?

Omnigena eruditio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iſti em̄ magna luminaria quæ poſuit deus in facie eccleſiæ ſuę Thomā, Antoninū, Silueſtrū & Vincentiū, qui Vincentius hoc habet preuilegiū, q̄ maximū librū cōſcripſit q iuuenit, & liber ille uocatur doctrinale Vincentij. Qui liber eſt bene tam magnus, q̄ eſt ille maximus caſeus quē uidi heri occultatū ſub lecto in domo hoſpitis mei. Sed adhuc uos neſcitis q̄ magnus fuit ille caſeus, quia eū nō uidiſtis, dico uobis ille caſe⁹ tā fuit magnus, q̄ ſi nobis daretur, ſufficeret nobis ad dimidiū annū in eſum oīb⁹ nobis, hoc eſt, quadraginta frībus, & interim qn̄ nos ueſcimur de tali caſeo nobis ſic dato, ſemp occurrit nobis eius memoria q dedit, & ſic ſemp rogam⁹ deū ꝓ eius ſoſpitate. Ita dico uobis, tā eſt magnus ille liber Vincentij, illū & alios iam noīatos emere, legere & intelligere deberetis, ſi uelitis eſſe docti, hoc eſt, theologi. Igit dilectiſſimi ī Chriſto, rogo ut hanc meam admonitionē fideliter faciatis, & ubiq̄ doceatis eos qui non ſunt hic preſentes, & increpate eos dicētes, Vos ruſtici q̄ diu uultis ruſtici manere, q̄ nō pergitis ad eccleſiam, ad audiendū bonū uirū dei, q docet quō pueri nr̄i poſſint fieri docti, hoc eſt, theologi, quia ſi eos ſic admonueritis tūc impletis mādatū dn̄i, Qui mandauit ut unus cōmonefaceret aliū. Etiā ſcitote mariti & uxores meæ, q̄ multa adhuc habeo uobis dicere, ſed quia poſt prandiū circuituri ſumus, & quia ibi multū tps oportet impendere, ideo nō poſſum uobis hodie longius predicare. Multi em̄ ueſtrū ſūt tam tenaces q̄ aliqn̄ tota hora cōpellor apud unam mulierē manere, & nihil poſſum etiam uerberibus extorqre, & ideo quia in illo circuitu multū tps abſumo, nō poſſum hic lōgius ſtare, ſed tn̄ ſi uelitis oēs ſponte dare qn̄ uenio, tūc uelim hic bn̄ aliqd in ambone manere, & illos libros adhuc ſemel repetere, ne obliuiſceremini. uocant ergo libri, Libri inuictiſſimi Thomæ, Oīa ſpecula Vincētij. Oēs libri Antonini, & oīa opa Silueſtri mgr̄i ſacri palatij. Vn̄ uerſ⁹

*Aſtutus ue gat caſeum*

*verſus thomiſticus.*

Thomas inuictus, ſilueſter, Antoninuſq̄. Addatur q̄rtus doct⁹ vincētius illis. In quoꝝ libris, fons eſt ſapientiæ doctis. Et ſi quis nō bene retinuerit quō iſti libri uocant, poſt prandiū qn̄ circuibo poteſt iteꝝ libere interrogare, & libētiſſime dicā. Et hoc obſecro dilectiſſimi, ut meū ſudorē, quā ego hic ꝓ ura ſalute clamans ſudaui, miſericorditer aliquali benedictiōe detergatis, hoc aūt facietis, ſi plus aliqd ſolito mihi dederitis, & tunc tanto redibo alacrior, quanto fuero a uobis bn̄ iocūdatus. Cōmēdo uos in Chriſto Amen. ¶ Lu. Vn̄ hæc noſti Hieronyme? Hieroni. Noſti rogas Luca? Ecce iam decimū, eandē orationē popularibus cōtionibus ego medius audiui. Lu. Eſt thomiſtis ea præcatio peculiaris, aut cōis oibus? Hiero. Oībus una eſt. Lu. Parū iam demiror ſi totus orbis Petrū neſciat, ſi ignoret

*bone lector vbi motæ q̄ſtionis ſolutio.*

Paulum,ſi Lucas,ſi Hieronymus,ſi Auguſtinus, Chriſtiano
orbi parũ ſint cogniti,qm̃qdẽ uti tu narraſti, totũ ſibi orbem
ipſi diſpartiunt,atq; huiuſmodi nenijs, neminẽ nõ fallũt,nemi
nem nõ perdũt.Sed qd hieronyme frater? & qdẽ ſi Auguſtin⁹
ſi Baſilius plebẽ negarũt,vñ ubi,quõ ſumpſere uitæ inſtitutũ?
Hieroñ.Noſti quẽdã olim fratricidã uocabulo Caim,q in frẽm
irreuerens,primus naturæ temerauit iura,inaudita cæde fratrẽ

Origo fratrũ mendicantium.

aggreſſus?Lu.Recte noui. Hieroñ. Huic uiro olim extincto,
hodie ſucceſſit poſteritas,omni etẽm carnis neceſſitudine huic
uiro iſti attinent.Lu.Quo nã mõ bone hieronyme. Hierony.
Quatuor ſiqdẽ elemẽtis patri nomen cõſtat, C. A. I. M. Pro
tinus illi ſui ꝓgenitoris uindicãtes interitũ, ceu boni filij pa
tris ſibi diſpartiunt uocabulũ. C. carmelitis obtigit. A. acci-
dit Auguſtinianis. I in iacobitaꝝ ſortẽ abijt, M ceſſit mino
ritis.Atq; ij potiſſimi parentis,peiores filij,e patris uita ſua in
ſtituta meditati ſunt.Ille ſiqdẽ ꝓhibetur a diuinis conſpectib⁹
uagus atq; profugus,nullis certis ſtetiſſe ſedibus. Id iſti uitæ
ſibi regulã arbitrati,oẽm hodie orbem male ſani peragrãt.Lu.
Et qd nũ ſemꝑ peragrabunt.Hieroñ.Minime,& ſi unus ego
id cauerem hieronym⁹.Contigit quod narrabo.Ego multis iã
annis preſſus atq; neglectus,iuſtiſſimã animi iram mente con
tinui nihil facile mali moliturus in plebẽ,uerũ dudũ ego ſpe
factus alacrior,dũ unus megermanus (Eraſmo eſt uiro uoca-

Eraſmus.

bulũ) hiſce probris exemit,Hieronymũ quippe e puluere ip
ſe ſuſtulit,promouitq; nõ mediocriter. Virũ noui,hoc ego in
terim illi debeo.Protinus ut caput ego ſordibus extuli,cater
uatim affluit inimica mihi hæc plebs, felicibus meis fortunis
parum candide fauens,emergẽtẽ me ſupprimũt, atq; nihil nõ
auſi,me ſuffocãt parturientẽ. Plus mille mortibus digniſſima
ea plebs. Non mea hæc Luca eſt iniuria,eſt & tua, imo cõis eſt
dei.Quare tã hodie chriſtianoꝝ uita corrupta? Vbi fides quã
tu Petre approbaſti,vbi ea uita quam tu Paule ſcripſiſti datis
epiſtolis?Quid frequẽtibus tuis Auguſtine tractibus ꝓfectũ
eſt?Quid tuis Ambroſi literis eſt ꝓmotũ?Quid patrarunt pre
clara tua monumenta candidiſſime Cipriane? Gregori qd tua

maledictio væ & væ i mẽdicantes

pietate acceſſit publicis Chriſtianoꝝ moribus? Plus illi erro-
ris diſſeminarũt,plus patrarũt impietatis,ꝙ quiſq; uir apoſto
licus uirtutis approbarit. Parũ qd luminis toto orbi reliquũ
eſt,oẽm hoiem occupauit impietas,fraus,furtũ,mendatiũ,per
iuriũ.Et qd oĩs impietatis officina tartarus unq; habuit mali,
quod non hodie Chriſtiana plebs didicerit, quo putas præce
ptore?quo autore?quo duce? Parco ne me hoc euulgantẽ inci
piant non amare,Noui inter eos Sardinapales,dudũ Frãciſca
næ familiæ uiri quatuor in uicũ qui ſorte eis emungẽdus ob-

Minorita-rum facin⁹

tigerat exceſſere. Quatuor fratres homo plebeius quiſq̃ atq;
ruſticanus, ſuo qdē dignatus eſt hoſpitio. Aduenientib⁹ mino
ritis pro conſuetudine pergit obuiam, ſua tecta inducit, ponit
menſam, exhibuit cenam plane q̃ potuit munificentiſſimam,
mediocribus plumis ſuos ſtrauit hoſpites. Mane tenebras rum
pente diluculo, conquieſcentes fratres excitat, euocat ad cele-
brandos pſalmos, ſuclamat iſte, dormiunt illi. Homo itaq; ru
ſticanus niſus quicq̃ piam extorquere præcū, eo q̄ & ſibi ſuc
ceſſurū feliciter, quicquid illo die contigiſſet elaborare, facem
parat, cubiculum cautus ingreditur. Protinus ut leniter preſſis
plantis cubiculo appropiat, cōtuetur quartū minoritā femel-
lam, ſedis pap illis alto ſopore quieſcere. Miratur homo ru-
ſticus magna dei opera, qui una nocte e maſculo feminam fa-
bricarit. Clara luce hoiem intuetur diligentius, diſcit iterū mu
lierem tranſiſſe in maſculum, ſtupet homo, in minorita ſummi
dei uirtutem eximiam, neq; quicq̃ cūctatus diuinam uirtutē,
bonus præco in uicinia euulgauit. Accurrit quiſqs, auſculta
rat uirū ebuccinautē inſolita, nullus nō appropiat. Tū demū
quiſq̃, minoritas iubet loco digreſſos ædem ſacram inuiſere.
Protinus ut pedem tulere loco, e minoritæ progreſſu, feminā
eū eſſe homo aduertit, atq; monachi cinctā induuijs, femellam
clamitat in monacho latere. Continuo ruſtica ea plebs, quę ad
nouum ſpectaculū prona coiuerat, fugientes inſectatur mona
chos. At illi celeri ſibi conſuluere effugio. Aliud narrabo,

miraculum maximum.

Aliud thomisticū facinus execrā dum.

Par dudū neceſſitas thomiſtas duos in uicū eduxerat. Thomi
ſtæ ergo ſuis digreſſi habitaculis, ad non bonæ opinioniſte-
minæ declinarunt edicula. Ingreſſiq; monachi contuent ado
leſcentulam, cū muliercula paululū grādiuſcula, iam neta fila
cōponere, atq; in futuram apparare texturā. Thomei ubi ſpe-
ctant maritali cutamine uiduata habitacula, dedit delinquendi
audaciam, abſens mariti autoritas. Deniq; nihil non auſi mi-
ris mulierculas dehoneſtarunt ludibrijs. Permiſcent igitur pri
mum non inſuauia mutuo colloquia, uaria ſuccedit ſermo-
nis materies, ſerpit interim latēs in pectore flamma. Offert tho
miſta emendicatas alibi opes, atq; non auarus cōmunib⁹ im
pendit epulis, gaudet adoleſcentula ad tam munifici hoſpitis
fortuitū ſalutaremq; aduentū. Quā thomeus una cū hera ſplē
didis iubet cœnis accūbere, concupiſcentieq; flammam in fe-
minis nouo hoc alit aſtu. Exhibet in ea cena quicquid ad tur
pem uenerem, puellares poterat animos pellicere. Celebrant
non inamena certe conuiuia, Deniq; itur in amplexus, tactus
quoq; & oſcula tentant. Nihil ibi nō licuit, ubi utrinq; libidi
ne ſaucius languebat animus. Quid moror multis? Thomeus
ille maior, adoleſcentulam, antiquitatis ſibi iure uindicat, hera

iuniori monacho coniugis præſtabat obſequium, bona pace eam edem ita ſibi diſtribuunt, ut ubi nullus nō deliquiſſet, nemo patratū facinus malus præco euulgaret in publicum. Mane, mirum ꝙ illi candidi prodeūt, non aliter atq; ſi cum Ioue contigiſſet ſuſurriū. Euoluitur annus, naſcitur iuuenculę noua proles, editumq; infantulū, teneris mater ulnis cōplectitur. Pergit ad eū thomiſtam quem nati infantis patrem ipſa nouerat, natæq; ſoboli uitæ deprecatur alimoniam. Thomiſta nihil cunctatus, infima ſe ſua ueſte excutit, exutamq; tunicam adijcit matri, quæ ꝓtinus diſſecta infanti in ueſtem abijt, velit, nolit, natus puellus monachū induit, thomiſtæ cingitur exuuijs. Lu. Nonne pauptatis titulis iſti ſolent gloriari? Hieronym9. Solent maxime. Lu. Et unde id æris thomeo, homini itaq; mēdico, atq; paupertatē tam inſigniter profeſſo, quo tam ſplendidam liceret appararet cenam. Hiero. Vnde id æris thomiſtis? Variam habent illi artem uenandi opes. Blandis etenim mulierculas demulcent alloquijs, atq; tam ſeſe illis præſtant candidos, ut non facile quiſquā eam rem deneget, quam illi ceperint depræcari. Lu. Variam habent artē uenandi opes? Vnam queſo mihi enarrato. Hieronī. Dudum dixi Thomeū quēdam, mulierculaꝝ opibus ſua tendiſſe aucupia, dum & caſeum aſtutus uenaretur. Num ea ſeries tuis prorſus animis excidit? Lu. Excidit minime. Integre rem teneo. Verum id uelim doceres. Num unum ſit omnibus nummorum aucupium, an uarium? Hieroni. Iamdixi uarium eſſe, atq; ſi quid minus integre cepiſti, ecce aliam tibi narrabo tragœdiam. Duo thomiſticæ familiæ monachi, ſuas dudum edes exceſſerant, regnum dei (neſcio cui) plebi annunciaturi. Thomeus cui tū ex officio ſermo acciderat, nouo dicendi genere plebem aggreditur, lata voce ſic proloquens. In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen. Ego dilectiſſimi in Chriſto ueni huc, ſed quid putatis attuli mecum? Nunquid vacuus veni? non veni. Ecce quot ego ſaccos attuli, quid putatis in ſaccis portaui, panes? non, piſces? carnes? non. Et quid attuli? Attuli magnum theſaurum, hoc eſt regnum celorum. Sed poteſt aliquis aut aliqua dicere, Quomodo tu iacobita affers regnum celorum in ſaccis? ſacci tui ſunt vacui. Audite mariti & uxores meæ, ſacci mei ſunt uacui, & ſunt pleni. Magnum argumentum, magnum hoc ſacramentum, in quo duo contraria ſunt ſimul vera. Quare? quia ſacci mei quidem ſunt uacui, ſicut uos putatis, ſed ſunt pleni ſicut ego ſcio. Sed dicitis, quid ergo habes tu Monache in ſaccis? Habeo in ſaccis meis literas, in quibus literis eſt clauſum regnum cœlorum.

Theologica ueritas Franciſci maronis.

Sermo thomiſticus de ſaccis implendis.

Magnū ſacramentū.

& hoc docebo breuiter decẽ rationibꝰ. Prima eſt, quia literę illæ continẽt poteſtatẽ mihi datã, ꝙ poſſum uobis participare merita Chriſti.

Primã rationẽ docet quinqꝫ rationibus.

Sed dicitis, quõ tu potes nobis ꝑticipare merita Chriſti? Audite hoc docebo quinqꝫ rationibꝰ, Prima eſt, quia Chriſtus ꝓ uobis mortuus eſt, nõ ꝓ ſe, & hoc patet ꝑ multas figuras, autoritates & ratiões. Figuræ patẽt in antiquo teſtamẽto, qñ abrahã obtulit filiũ ſuũ, q nõ ꝓmeruerat mori, quia adhuc tam fuit ſimplex ꝙ nõ cõſiderauit ſe offerẽdũ. Patet etiã ꝑ autoritates, ſicut Petrꝰ & Paulus in epl'is ſuis ſepe dicũt, quia Chriſtus mortuus eſt, iuſtus ꝓ iniuſtis, & quia tradidit ſe iudicanti iniuſte. Patet ꝑ rationes, quia omnis ruſticus bñ intelligit,

Acutus ſillogiſmus.

quod deus nõ poteſt pati ſi nõ uellet, quia nõ poteſt deꝰ peccare, ergo neqꝫ debuit puniri, ſed quia paſſꝰ eſt, patet quia hoc nõ ꝓ ſuis pc̃tis, ſed ꝓ ueſtris ꝑtulit, ergo ratio indicat quia Chriſtus non ꝓ ſe ſed ꝓ uobis mortuus eſt. Secunda ratio eſt quia tã multa uulnera ſuſtinuit, ꝓ qbus unũ fuiſſet ſatis. Tertia ratio eſt, quia ego ſum ſacerdos diſpenſator dei. Quarta quia ſum dñicanus ordinis mẽdicãtiũ, ad hoc a ſanctiſſimo papa ſtatutus & confirmatus, qui habet poteſtatẽ ſuꝑ oĩa merita Chriſti immediate, ego aũt mediate, quia ꝑ papã hoc habeo ꝙ

Miror expectantẽ eccleſiã eum non introduxiſſe.

poſſum diſpenſare, merita Chriſti, *Mariæ* uirginis & omniũ ſc̃tõꝝ, & totius eccleſiæ triũphãtis & militantis. O qd eſt hoc? Magnũ nãqꝫ eſt hoc: quia hanc poteſtatẽ ego habeo in literis meis quas abſconditas habeo in ſaccis meis, & ideo patet per præmiſſas ꝙ ſacci mei ſunt uacui & ſunt pleni, quia regnũ celoꝝ ſicut iam audiuiſtis attuli in ſaccis. Intellexiſtis hæc oĩa? Dicũt ei, Etiã, ait illis, Ideo ego ſum ſicut ſcriba doctus ĩ regno celoꝝ, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera. Et cum hoc dixiſſet accepit ſaccũ & excepit unã magnã lr̃am, cũ põderoſa bulla & rubra ſera, & ait magna uoce. Ecce denudate capita ur̃a, uiri & uxores meæ, aſpicite & uidete. Lu. Optime Hieronyme, liceat obſecro uel parũ te interpellare orantem. Miror thomiſtã id mandaſſe mulierculis, ut nudis oĩno capitibus, atqꝫ amotis uelis attollerent obtutus, qñ Paulus nõ ſemel ſcripſerit, q̃m mulier uelato debeat capite orare deũ. Hieroni. Te miror Luca, nõne dudũ audiſti, q̃m paulinas ipſi epl'as nũqꝫ ꝑſpexerũt? Lu. Parce obſecro ipſe peccaui, interim tu bene ceptã orationẽ nihil offenſus ꝓſequere. Hieroñ. Ait ergo. Denudate capita ur̃a uiri & uxores meę, aſpicite & uidete ſancta ſc̃tõꝝ, hoc eſt bona oĩm bonoꝝ, hoc eſt regnũ celoꝝ quod ego

Canonice ꝓcedit in emptione.

attuli. Sed dicit aliqs aut aliqua. Quanti uis uendere? ſicem ſolent mercatores ꝓcedere in foro, quia ſine huiuſmodi interrogatiuis raro fit emptio. Bene ergo interrogatis. Quanti uis uẽdere? Ad quod ego, Scire debetis ꝙ ſc̃tũs Auguſtinꝰ ſicut du

dum ĩ taberna audiui a quadã muliere, ſcribit, ꝙ regnũ celoꝝ tm̃ ualet quãtũ habes Ego aũt dilectiſſimi in Chriſto non ſum tam charus mercator, ego uolo bñ aliqd minus uẽdere. Etiam uos bene ſcitis ꝙ euangeliũ docet oĩa oportere eũ relinquere qui uelit ſaluus eſſe & pfectus Chriſti diſcipulus, ſed quia ego ſum diſpenſator dei, & interpres euãgelij, adiuuãte me ad hoc inuictiſſimo Thoma cũ ſummo illo Ariſtotele, poſſum uobis ſcũ miſericorditer agere quia pauperes eſtis. Quid ergo dabitis ꝓ regno celoꝝ, aut cui dabitis? Dabitis bonã partẽ de pinguioribus oĩbus tuis, ſicut docuit Sapiens, & ſicut fecit Abel, & ego ꝓmitto uobis ꝑ euãgeliũ, & ꝑ bullã iſtã ꝙ cẽtuplũ accipietis & uitã eternã habebitis. Sed cui illã bonã ptẽ dabitis? hic eſt magnus nodus. Si dico uobis, timeo ꝙ nõ bñ docebo, tã magna eſt iſta q̃ſtio, uerũtñ cũ auxilio inuictiſſimi Thomæ & Vincẽtij & Silueſtri & Aluari, ego ſoluã ſicut ſpero etiã ſatis egregie. Si ergo dico ꝙ dabitis illis paupib⁹ q currunt ante ianuas, nõ dico bene, quia illi ſunt ſepe truſatores & iniq, q nũq̃ ueniũt ad eccleſiã, ſed ludũt in plateis & dormiũt cũ puellis, quia mẽtiũt ſepe ꝙ habẽt infirma crura, & fallũt uos bonos ruſticos, ideo iuxta doctrinã inuictiſſimi Thomæ nõ poſſum uobis cõſulere ꝙ illis detis. Quibus dabitis ergo? preſbiteris q legant ꝓ uobis miſſas, nõ poſſum iuxta doctrinam inuictiſſimi Thomæ hoc ſuadere. Vos em̃ ſcitis bñ, qualr uiuũt hodie preſbiteri, quia habẽt ancillas & comedũt laute, & habent pulchra ueſtimẽta. Si ergo illis aliqd dederitis, tũc adhuc pluresaccipient uxores, & recipiẽt filios, quia tũc ſcirẽt eos paſcere, & tũc comederẽt adhuc laurius, & quõ tales preſbiteri orabũt ꝓ uobis? Vos em̃ ſcitis quod nõ legũt tũc miſſam, qñ ueſpe ſunt inebriati, & tñ uos eſtis eos occaſio, ſi facitis eos diuites. Vos em̃ ruſtici egetis talibus presbiteris q ſemꝑ orẽt ꝓ uobis in choro quia uos ſemꝑ eſtis occupati in agro, ideo iuxta doctrinã inuictiſſimi Thomæ, nõ poſſum uobis ſaniũs cõſulere q̃ ut mihi donetis illã bonã ptẽ. Tũc ego & oẽs fr̃es mei, toti⁹ ordinis nr̄i orabũt ꝓ uobis in pſalmis, uigilijs, miſſis, & ſic erit impoſſibile ꝙ celũ & terra pereant, quia fieri nõ poteſt, ut multoꝝ p̃ces nõ exaudiant. Oĩa ergo merita Chriſti, btẽ ꝟginis m̃ris nr̄e, ſcti Dñici p̄ris nr̄i, ſcti Thomæ doctoris nr̄i, & oĩm fratrũ merita ꝑ totũ mũdũ ego habeo in iſtis lr̄is, q̃ caritatiue uobis pticipo, & tanto qs plus & uelotius regnũ celoꝝ merebit, quanto pl⁹ dederit. Sacci aũt mei iã uacui ſunt, quia regnũ celoꝝ iam nõ eſt in ſaccis, ſed in uobis, ego em̃ cũ regno celoꝝ poſt prãdiũ circuibo, nullus eat ĩ agrũ, precipio uobis ex poteſtate ſcti papæ ꝙ iſtũ diem celebretis, & unuſq̃ſq; præparet quo regnũ celoꝝ emat. Null⁹ pauꝑ debet excuſationẽ afferre, quia ego ꝓmitto

Veritas theologica.

Hoc nõ eſt impoſſibile ſed neceſſe.

uobis ꝙ anno futuro, horrea ueſtra erunt pleniora q̃ iã ſunt.
Vnuſquiſqꝫ faciat ꝙ melius eſt, cõmẽdo uos in Chriſto Amẽ.
Lu. Dudũ dixi Hieronime, iterũ dico, vnde hæc noſti, nũ &
tu quaudoqꝫ thomeis congreſſus es, vt hæc tam probe teneas?
Hieroni. Quid neſcit hieronym⁹? Hæc atqꝫ paria impietatis
genera oculis intuitus ſum, & uitam ipſi uiuent? Et quidem ſi
nobis ſit gloriæ, nil tale vnq̃ patraſſe facinoris, non tamen ſi-
ne crimine eſt aliorꝫ conniuere flagitijs, atqꝫ non bono ſilẽtio
Mendicantes auferendi ſunt. ſceleri tuliſſe ſuffragium. Quare, mihi ſi ulla eſſet dicendi au-
toritas, id ab apoſtolica ſynodo vnus ego expoſcerem, ut om
nino illi nõ ſint, aut quod certe magis uolo, emẽdatiores ſint.
Auguſtinus. Propter bonos quos in illo grege ego noui, &
cum peſſimis agendum eſt mitius. Petr⁹. Armata eos aggre
diamur manu, Expugnem⁹, expungamus. En ego prima acie
paratiſſimus congredi, militiã inſtituam, dñi bella ſubibo mag
nanimus. Luc. Attendite vobis ſuper uiris iſtis. Audiui ego
dudũ quẽdam loquẽtem, ſe cum terræ principe magis certare
paratum, q̃ cum vno huius ſectæ homũculo. Paul⁹. Obſecro
ut liceat mihi pro uobis reſpondere hodie. Puto eñ ꝙ & ego
ſpiritum dei habeam. Non armis, nõ iure belli ea plebs ſubij-
cienda eſt, ſed arte, ſed aſtu. Solet tum vrbium non firma eſſe
munitio, cum vnis animis ciues in idem non coeunt, cum habi
tatores ſententijs diſparati diuerſum a ſe meditantur. Ea arte
& nobis ſubijciendus eſt hoſtis. Subornemus aut unum, aut
alterum eiuſdem factionis & ritus uirum, hunc nobis conci-
liemus. Is congreſſionis ſtatuatur dux & patronus, hic enim
omnem plebis impietatem, omnem eorum aſtum, omne inſti-
tutum, recte integreqꝫ perſpecta habet. Fecit olim ſimile Iſra-
i. Reg. xxx helitica gentis rex Dauid, & ceſſit feliciter. Amalechitẽ puerũ
defatigatũ, atqꝫ ab hoſtibus iam derelictum, ipſe ſuſtulit, Hũc
militiæ ſtatuit ducem, vt pote itineris propoſiti quoqꝫ ſeu in-
ſtituti eorꝫ ſcientiſſimum. Idem attentandum nobis, ſi tamen
feliciter quis poſcat hoſtem euictum. Petr⁹. Et quem talem ha
bere licebit aut unde euocari poterit, qui id nobis præſtet. Pla
cet thomeũ quempiam in id operis acciri, ut ei delegetur apo-
ſtolicũ hoc noſtrum negotium? Paulus. Non placet, Noui
ego eam ſectam parũ nobis fore fidam, ſed & ambitioſam eã
ſcio, q̃m̃quidẽ ubi tale quicq̃ thomeus præſtitiſſet, mirũ q̃ pal-
paret ſeſe, q̃ attolleret criſtas, quaſi unus ipſe ap̃lico choro
quicq̃ præſtitiſſet, quod nõ poterat alius quiſq̃ præſtare. Petr⁹.
Si talẽ plebẽ nouiſti, placet alij delegetur officiũ. Auguſtin⁹.
Fr̃s Lutheriani negocij. Eſt mihi vnus, Martino Luthero eſt uiro uocabulũ in ea ui-
uens ſecta, quæ me mentitur autorem. Huic obſecro mei gra
tia id addatur honoris, uiro qui me atqꝫ mea, hoc eſt, Auguſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niana rectis animis complectitur, Ambroſium quoq; Hieronymum atq; Gregorium integre nouit, hic multo dudū lachrimarum imbre, ſuæ gentis impietatem lachrimatus eſt. Eruditiōe inter omnes illas familias, facile princeps. Deniq; quod hoc eſt præclarius, acceſſit uiro illi cum eruditione morum integritas, atq; uita prorſus inculpata. Petr⁹. Tibi Auguſtine annuo. Paul⁹. Accedo. Iohānes. Integre placet. Iacob⁹. Nihil præcor aliud. Mathe⁹ Id queſo fiat. Marc⁹. Sic queſo facito. Lucas. Recte narratum eſt, in ſententiā eo. Iudas. Vobis coopto. Paulus cōim fratrū uotis acceptis, ſic in contione eloquitur. Tibi quidē Auguſtine, uti præcat⁹ es, atq; tibi Hieronime cōis imponitur legatio. Vos hinc digreſſi, uirum inuiſite. Ecce in nostra orbis urbe Vvittenberga ipſe habet ſedem. Tu qdē Auguſtine dialecticus es, Noui q̃ egeris olim pro noſtra fide fidelr dū Manicheum, Pelagium, Arrium iam reuiuiſcentes orbi atterens, dum Felicem, Maximinū, Fauſtum, Iulianū, Donatū, atq; cōſimiles noſtræ fidei inimicos, datis tibi tuis dotib⁹ euinceres. Tu aūt Hieronime (ſi ſic res popoſcerit) omnib⁹ linguis eruditus es inſigniter. Tu omnigena eruditione clarus, probe nos uindica, egeriſq; in oēm hanc noſtrā, nō ſecus atq; tuam, nimirum quando parata uictoria, tuæ tibi gloriæ apponet coronidem. Olim tu depreſſam eleuaſti eccleſiā. Tibi ſcribebat occidens, tibi oriens auſcultabat. Nullus unq; tam impie hereſeos aſſertor, qui tua non ſit attrit⁹ induſtria. Euiciſti Rufinū, Iouinianū, Heluidium, Domnionem, Vigilantium atq; Hieroſolimitanū antiſtitem Iohannem, alioſq; non recte fidei autores, mirū q̃ ſubieceris ſemp facile. Sentiat & nūc hæc noſtra neceſſitas te uirū eruditū, atq; patriæ felicitatis tutorem. Confortamini in dn̄o & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, qm̄ non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarꝫ harū. Propterea accipite armaturā dei ut poſſitis reſiſtere in die malo. Cōfidimus in dn̄o, quia qui cepit in uobis opus bonum ipſe ꝑficiet, ſicut eſt mihi hoc iuſtū ſentire de nobis, eo q̃ habeam uos in corde meo, & in uinculis meis, & in defenſiōe mea. Huius rei gratia flecto genua mea ad prēm dn̄i mei Ieſu Chriſti, ut det uobis ſecūdū diuitias gloriæ ſuæ corroborari ꝑ ſpiritū eius. Videte quō caute ambuletis. Hieronym⁹ igitur atq; Aurelius Auguſtinus, autoritate firmati ap̄lica, nouam legationem obeunt, atq; mira celeritate tanti itineris ſpatia emenſi, deſignatam ingreſſi ſunt urbem, quieſcentiq; Luthero per ſoporem loquitur Hieronymus. Martine martine. Martinus. Heus præſto ſum, quis me poſcit. Hieronymus.

Epheſi. vi.

Mundi rectores, videlicet mendicantes fr̄es.

Hieronīm⁹ Lutherum appellat.

Martine,tu me nõ noſti? Martinus.Et qs tu,nulla mihi pror
ſus tui eſt notitia.Hieroñ.Martine ſuſpice,Ego Stridonenſis
tuus hieronymꝰ,cuius tu codices latẽter cõclaui retines,cuius
libros oibꝰ clam tam ſcrutaris auidus.Martinꝰ.Si tu meꝰ hie
ronymꝰ,qs q̃ſo is quẽ tibi habes comitẽ? Hiero.Hic hipponẽ-
ſis eſt antiſtes Aurelius Auguſtinꝰ, cuius tu codices integre
noſti.Martinus. Optimi atq; uere uiri apl̃ici, (ſi qd depræca
ri licuit)id q̃ſo ſalutaris mihi hic ueſter ſit conuentus.Et qdẽ ſi
mortẽ cõmerui,nihil mori metuo.Hieroñ. Equanimis ſito Lu
there,q̃mq̃dẽ & ſi tuis fr̃ibus renitẽtibus atq; reclamantibꝰ,no
ſtros tu codices clam ſcrutatus es,nõ ob id quicq̃ mali es meri
tus,præſtitiſti rem prorſus apl̃icis uiris gratiſſimã.Nihil ergo
paueas optime Martine.Sũmi dei atq; btõꝝ Petri & Pauli le
gatione fungimur ad te uirũ cui hic Auguſtinus eruditionis
atq; ſc̃timoniæ attribuit principatũ.Marti.En ego loq̃re dñe,
quia audit ſeruus tuus.Hieroñ.Omne celũ in tuæ factionis ui
ros dudũ inſonuit,atq; in quatuor eas ſectas q̃ mẽdicitatis pri-
uilegiјs gaudere ſolẽt, oĩs ſc̃tõꝝ chorus dudũ exclamauit,deni
q; oẽs uiri tũ euangelici,tũ apl̃ici, & quotquot clari autores
celo cõſident,eis uiris haud modicũ ſunt infenſi,ob id,ꝙ nefa
ria hoꝝ impietas,oẽs bonas literas toto orbi eiecerit,ipſi fece
re,ut ne Petro qdẽ ne Paulo,ulla ſit narrãdi autoritas.Marti.
Noui qd meres Hieronime,nam & ea cõis uobis iniuria,haud
quaq̃ modice meos dudũ excruciauit animos.Hiero.Noſtra
**Martini narratio.** igit̃ legatio eſt huiuſmodi,te Martine nobis reſtituere quod
abſtulerũt illi.Marti,Quo ordine rem attẽtabo, q̃mq̃dẽ nõ ab
illis uiris uobis hoc mali ſolũ eſt,imo totus orbis iamdudũ bo
nas lr̃as abiecit,claroſq; cepit autores tẽnere.Rariſſimus q̃ppe
in tanto hoc hoim eſt cetu,q te Hieronyme,aut certe te Augu-
ſtine lectione digner̃.Acceſſitq; id uobis iniurię añ annos iam
trecẽtos.Veꝝ hoc monachoꝝ ĩſtitutũ mũdo natũ eſt, accreuit
uobis infelicitas,q̃ qdẽ añ annos iam trecẽtos ĩceſſit, neſcio q̃
poterit facile reuelli.Noui ego,ubi rẽ attẽtaro,totũ ĩ me,uno
agmine ſucclamaturũ orbẽ,hereſeos mihi notam impingeret,
mille adiјciar mortibus. Habẽt quoq; illi bono nũero diſpu
tationes ſcolaſticas,atq; ſophiſtica argumẽta,quibꝰ aggrega
tim me petent illi.Adferent quoq; ſummi philoſophi,ſui dei
**Theologica ueritas.** Ariſtotelis codices,quos meis ipſi obiјcient traditionibꝰ.Ha
bent preterea legũ atq; canonũ,codicũ ingẽtẽ cogeriem,e qui
bus firmabũt ſua,infirmabunt mea,Quoꝝ codicũ tanta apud
eos autoritas,ut ſupremi ſit criminis,uel modicũ ab his,ſenten
tia differre,Et quõ unꝰ ego Martinus tantis & hoim & codicũ
copiјs prodibo,homo ingenio modico, lr̃is parũ inſtructus.
Hieroñ.Nihil expaueas,ego oẽm eruditionẽ e meis codicibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubminiſtrabo paratiſſimus. Auguſtinꝰ. Et meos ego codices Martine tuos facio, candide ex his aſſuturus certanti. Scripſi dudū ego eps ī Pelagianā hereſim & multa & fortia, quicqd in eā peſtem ſcripſit Auguſtinꝰ tecū faciet, tu interim adniſe re ut eos meos tractatus recte teneas. Hierony. Iam dixi, nihil metuas, hoc eñ ego habeo legationis ad te ab aplica illa ſyno do, qm̄ omnis clarorꝫ uirorꝫ cōuentus, qui celo iam felices cō ſident, te poſcūt rem attētare impauidū. Paratiſſimus Petrus, paratiſſimus Paulus, oēſq; celebres illi uiri aplici. Ciprianꝰ, Hylariꝰ. Ambroſius. Gregoriꝰ, paribꝰ uotis paratiſſimi ſunt, ſua & dicta & ſcripta tibi congreſſuro apponere. Te decertāte, illi ſe inſinuabūt. Marti. Accepto eqdē quod imponitis, me tot donās mortibus, quot habiturus hoſtes. Sed qd? Nū fratres meos primū ego aggrediar? Hierony. Minime, neq; eñ id ce deret feliciter. Dura nēpe ea plebs, & q̄ niſi multitudine, ſubij cienda non eſt. Multo tibi foret facilius, totū orbē in tuā age re ſententiā, q̄ pauculos illos homūculos, mutare inſtituto, tā ipſi nitūtur ſuis opiniōibꝰ, tam ipſi irrefragabiles ſuos habēt autores, ut uel extremū ipſi ſuppliciū plus ſint obire parati, q̄ quicq; erroris in ſuis illi autoribus pacienter agnoſcere. Quapropter non eo ordine res eſt attētanda. Marti. Quo nā igitur? Hierony. Primū ſit ſtudiū uitā habere integrā, atq; ap probatis moribus uirū exprimere aplicū. Tū demū totū orbē fortiter cōcute. Martinꝰ. Quid enūciabo primū? Hieroni. Li bertatē euangeliſato Chriſtianæ plebi, eamq; omni canonum onere exime. Clamabiſq; nouæ præco ſalutis, qm̄ Chriſtianus orbis hoīm cōſtitutionibus preſſus eſt, atq; ſcolaſticis inerudi torꝫ argumētationibꝰ, ad quā eqdē rem nō parū fecere ij uiri, qui mēdicitatis inſtitutis uitā habent. Poſtq; eñ horꝫ tyrānis orbi illuxit, euāgelica ſinceritas hoſtem accepit infeſtiſſimū, atq; Ariſtotelici, Platoniciq; codices repperere patronos. Oīs quoq; euāgeliorꝫ atq; apoſtolicorꝫ uirorꝫ, dicendi abijt autori tas. Conſtitutionibꝰ humanis, catholicæ plebis illaqueant cō ſcientiæ, Chriſtianis mētibus carnificinæ conſtructæ ſunt. Ce remonijs plus iudaicis mundus præmitur. Nihil in Chriſtia nam contionē declamāt hodie, nihil adferūt quod euangelicā autoritatē habeat, aut quod uiro ſit dignū apoſtolico, cœterū (neſcio) quibus nenijs euangeliū ejciunt. Euanuere iādudū traditiones apoſtolicæ, atq; quicqd cuiq; arriſit, id demū de ponit in contionē, ſiue leuiculū id ſit, ſiue ridiculū, cū debeat Chriſti ibi atq; cōim ſctorꝫ annūciari uita, atq; ſacræ ibi Chri ſti doctrinæ tractari, ob id qppe ſolēnis ſolet ille credētiū con uentus celebrari, ut publicis ibi Chriſtianorꝫ moribꝰ cōſulat. Martinꝰ. Ardua certe ea res Hieronyme quam imponis, atq;

Oēs libri Auguſtini contra Pelagianos pro Luthero faciunt.

Lutherꝰ qd annūciarit.

Theologica ueritas.

Contiones populares quales eſſe debeant.

Monachorũ codices.

quam non facile donabo effectui, tam totus orbis hiſce malis preſſus eſt, habent quoq; hi qui eruditiõis apud indoctũ uulgus meruere opinionẽ, habẽt inquã ingẽtes codicũ ſiluas, quibus ipſi nixi ſubruent quicquid aſtruxerim ego. Preſto eſt eis meorũ fratrũ atq; uirorũ thomiſticæ factionis copioſiſſima codicũ ſupellex, quibus tam hodie nititur orbis, ut nihil ſit hodie recte euangelicũ, quod non his codicib⁹ natũ ſit. Hieronſ. Hos una ſentẽtia oẽs eijce. Oẽſq; ſummarũ atq; ſummularũ copias Christiano orbe exige, hæ quippe ſunt q̃ tot habent carnificinas quot paginas. Hoc aũt mũdus accepit erroris, hoc habet mali, qm̃ lr̃as apl̃icas, atq; clarorũ uirorũ uolumina dudũ tẽnece cepit. Tu aũt Martine nihil cunctatus aggredere, noſq; uindicato. Marti. Nũ oẽs oĩm expugnabo codices? Hierõ. Christiana uita nõ e ſomnijs, quæ thomiſticæ ſeu franciſcanæ familiæ quiſq; cõmentus eſt, debet inſtitui, ſed e lr̃is eſt formanda apl̃icis. Eijcies ergo iſtos codices, ut in nouam quandã apl̃ica fides ſuccreſcat infantiam, alioqui difficile foret euangelicam ſinceritatẽ integram pſiſtere, ſi nõ in uniuerſum, oẽs iſtos codices, toto orbi exegeris. Sunt ergo iſti, Oĩm legaliũ codicũ ingentes illę copiæ. Canonici q̃q; corporis uolumina om̃ia, uno dempto, quod decreti titulo eſt inſigne, in quo ſancte atq; catholice Christianis morib⁹ cõſulit, idq; a uiris ĩtegre apl̃icis cõſcriptũ, hoc igit̃ codice delecto, oẽs alios eijce. Mart. Quid narras Hieronime? Ego paupculus, ego un⁹ homũtio id attẽtaro? nũq; faciam. Auguſtin⁹. Hieronymi iuſſis Martine nihil cunctẽris obſequi. Ego clariſſimos quoſq;, potiſſimũ Germaniæ uiros tibi apponam. Hi auditis tuis opinionib⁹ fauebũt candide, atq; nõ ſegniter ſuffragiũ ferent. Licet q̃q; tibi huiuſcemodi ingenia lr̃is cõciliare, q̃ tecũ agant. Marti. Felicia certe cõpromittitis. Ecce ego ſeruus ueſter. Sed mihi q̃ſo dicito Hieronime, Quæ nam illorũ codicũ impietas, qua interitũ illi cõmeruerint. Tm̃ em̃ reuerentiæ olim eis libris cõtigit, ut penes eũ ſummam eruditionẽ opinati ſim⁹, quiſq; his ipſis libris fuiſſet locuples, ipſe codex ſuo poſſeſſori eruditionis nõnũq; opinionẽ peperit. Et eos tu mandas tolli? Nihil credo cogitauiſti recte, quæ nam codicũ impietas? Hierõ. Non codicũ ulla impietas, ſed eorũ q bonis nõ pene uti ſoleant, Oĩm em̃ legalium illorũ librorũ traditio in tyrannidẽ abijt, atq; cũ boni codices ſummam æquitatẽ ſepe doceant, eo prolapſus eſt hodie orbis, ut iuſticiæ apparatũ in arma uertant malitiæ. Iſq; creditur hodie eorũ librorũ eſſe ſcientiſſimus, qui e ſupræma iuſtitia, ſummam didicerit iniuſtitiam ſtatuere. Quis iam uel inſcientiſſimus ruſticus eos libros ſupereſſe uelit, ex quibus didicerit ſe emungi atq; tractari tyrannice. Martinus. Idem narras Hiero

Christiana uita, unde ſit formanda.

Aurea ſententia.

Qui ſint codices exurẽdi.

Leges.

nime, quod cum meis aliquot amiculis dudum ego contuli. Ceterum de ſacris patrum ſantionibus, atq; de toto hoc uoluminum corpore quod canonicum habemus, miror te idem de diſſe mandati, nunquid & horum uoluminum, cum legalib9 par eſt impietas? Hieronymus. Ingentes illoꝝ codicum paginæ, nihil unq̃ uoluerunt aliud, niſi euangelio ſuffragari, neq; ob quicquam aliud conſutæ ſunt. Aut enim illæ paginæ euangeliorum ſunt interpretes, aut ſaluberrimis documentis in perfectionem euangelicam facilem ſemitam legentibus cõmonſtrare conantur. Ideoq; non ob aliud illi uoluẽdi ſunt codices, q̃ ut eis medijs facile apoſtolicam uitam aſſequare. Fallor ſi ad aliud, quid aut faciunt, aut officiunt. Media eñ ſunt quædam atq; conſilia ad perfectionem euangelicam aſſequendam ac conſeruandam. Obtemperandumq; illorum codicum traditionibus, in quantum literis ſunt firmatæ apoſtolicis. Neq; enim ullius aut prophetæ, aut apoſtoli eſt illa congeries, ſed mea ſunt atq; Auguſtini narrata, aliorumq; põtificum ſanctiones, quibus nihil conati ſumus hominem uincere, imo ſoluere magis atq; in euangelicam libertatem tranſponere, nihil omnino aliud, clari eccleſiaſticiq; autores, ſuis uoluerunt traditionibus. Si igitur recte, ſi docte eos libros diſcutias, tibi legenti id palam fiet. Martinus. Et quare hæc tanta patrum decreta interibunt. Auguſtinus. Quoniam plus eis hodie acceſſit fidei, atq; literis euangelicis, Apoſtolicam autoritatem iſti codices ſuperant. Iniquum namq; hoc rerum iudicium. E meis literis ibi bona pars congeſta eſt, meis ſcriptis bona illorum codicum pars conſtat, nũq; id honoris meis ego literis imprecatus ſum, nunq̃ tam fui impius etiam cũ tua adhuc uita uiuerem, indigniſſima ſemper mea arbitratus, quæ cum ullis diuinæ paginæ literis debeant committi. Eſt liber quem de uidẽdo deum olim edidi, in quo ita ſcriptũ reliqui. Nolo autoritatẽ meã ſequaris, ut ideo putes tibi neceſſe eſſe aliquid credere qm̃ a me dicitur. In quo libro & de Ambroſianis literis nihil exiſtimaui aliud faciũdũ, qñ ita de eis ſcripſerim. Non mihi idcirco Ambroſij placent ſentẽtiæ, quia ꝑ illius os potiſſimũ me dñs ab errore liberauit, ſed quia hoc ipſe dixit, quod loquitur etiã deus. Scripſi dudũ aliquot certe libros de trinitate, in quib9 ſic ſcriptũ eſt. Noli meis lr̃is, quaſi ſcripturis canonicis inſeruire. ſed in illis & qđ non credebas cum inueneris incunctanter crede, in iſtis aũt quod certum non habebas, niſi certum intellexeris, noli firme retinere. Item in commonitorio illo meo ad Fortunatianum. Non quorumlibet diſputationes quamuis catholicorum & laudatorum hominum, uelut ſcripturas canonicas habere debemus

Autoritas iuris canonici.

Capitul. ij.

Cap. xxiij.

In ꝓlogo i tertiũ librũ

Diſt. ix. ca. Noli.

ut nobis non liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur, ali
quid in eoꝶ ſcriptis improbare atq; reſpuere, ſi forte inueneri
mus, ꝙ aliter ſenſerit ꝙ̃ ueritas habet, diuino adiutorio uel ab
aliis intellecta vel a nobis. Talis ego ſum in ſcriptis alioꝶ, ta
les uolo eſſe intellectores meoꝶ. Item neq; Cipriani ſcriptis
id unꝗ̃ honoris attribui. Scripſi olim libros aliquot cõtra Cre
li,ij,c,xxxij ſcentiũ grãmaticũ, in quibus hæc mea ſunt. Literas Cipriani,
nõ ut canonicas habeo, ſed eas ex canonicis cõſidero, & quod
in eis diuinaꝶ ſcripturaꝶ autoritati congruit cũ laude eius ac
li,ij.de bap cipio. quod non cõgruit, cũ pace eius reſpuo. Item cõtra Do
tiſmoi,c,ij. natiſtas dudũ hæc ita exaraui. Quis neſcit ſanctã ſcripturã ca
nonicam tam ueteris ꝙ̃ noui teſtamenti, certis ſuis terminis cõ
tineri, eãq; epiſcopoꝶ oĩm literis ita præponi, ut de illa dubi
tari omnino nõ liceat. Epiſcopoꝶ aũt lr̃as, quæ poſt ſcriptũ
diſt, ix. ca, canonẽ & cõfirmatũ editæ ſunt uel eduntur, per alioꝶ epiſco
Quis neſcit poꝶ grauiorẽ autoritatẽ, doctorũq; prudẽtiã, ſi qd in eis a ueri
tate deriuatũ eſt, licet omnino reprehendi. Sed neq; Mediola
nenſis antiſtes Ambroſius, hoc honoris ſuis literis optarit un
epl'a,xlvij, ꝙ̃. Scribit ſiqdẽ ad Hireneũ in hæc uerba. Non debeo moleſte
libro,vij, ferre, ſi cũ de apl'icis & ipſis euãgelicis dñicisq; uerbis pleriq;
multas queſtiones, etiã in meis ſcriptis reperiant, de quo pu
Epl'a,vij, teret diſputãdũ. Scripſi ego olim ad Marcellinũ in hæc ꝟba.
Ego fateor me ex eoꝶ numero eſſe conari, qui ꝓficiẽdo ſcri
bunt, & ſcribendo proficiũt, vnde ſi aliqd uel ĩcautius uel in
doctius a me poſitũ eſt, quod nõ ſolũ ab aliis qui uidere id
poſſunt, merito repræhẽdatur, uerũ etiã a meipſo, quia & ego
ſaltem poſtea uidere debeo ſi proficio, nec mirandum, nec do
lendũ, ſed potius ignoſcendũ atq; gratulãdũ, non quia erratũ
eſt, ſed quia improbatũ eſt. Nã nimis peruerſe ſeipſum amat,
qui & alios uult errare, ut error ſuus lateat. Mart. Hieronime
audiſti qd Auguſtin⁹ multo mihi ſermone ingeminet. Nũ tu
tuis literis quicq; imprecatus es aliud, num eã uoluiſti tuis
ſcriptis autoritatẽ, quã ſcripta merentur apl'ica? Hieronym⁹.
Minime uolui. Scripſi olim ad Theophilũ epl'am, in qua hæc
aduerſus io mea ſunt. Scio me aliter habere apl'os, aliter reliquos tracta
hãnẽ hiero tores. Illos ſemꝑ uera dicere, iſtos in quibuſdã ut hoĩes aberra
ſolimitanũ re. Sed neq; Auguſtin⁹ meis id lr̃is unꝗ̃ attribuit, ut par eſſet
mihi cũ apl'o dicendi autoritas, ſcripſit em̃ olim ad me hic ſa
cer antiſtes in hæc uerba. Ego fateor caritati tuæ, ſolis eis ſcrip
Epl'a, xix, turaꝶ libris q iam canonici appellant, hũc timorẽ honoremq;
deferendũ, ut nullũ eoꝶ autorẽ ſcribendo aliqd erraſſe firmiſſi
me credã. Ac ſi aliqd in eis offendo lr̃is, quod uideatur cõtra
riũ ueritati, nihil aliud ꝙ̃ uel mendoſum eſſe codicem, uel in
terpretẽ non aſſecutũ eſſe quod dictũ eſt, uel me minime in

tellexiſſe non ambigam. Alios aũt ita lego, ut quãtalibet ſanctitate doctrinaq; præpolleant, nõ ideo uerũ putem quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi uel p illos autores canonicos, uel probabili ratione, quod a uero non abhorreat pſuadere potuerũt. Nec te mi frater ſentire aliqd aliud exiſtimo. Prorſus inquã non arbitror ſic legi tuos libros te uelle, tã q̃ pphetarũ, uel apoſtolorũ, de quorũ ſcriptis quod omni errore careãt, dubitare nefariũ eſt. Marti. Hæc oĩa dudũ in tuis atq; Auguſtinianis codicibus ego perlegerã, tacitiſq; cepi mecũ mirari cogitatibus, neminẽ in Chriſtiano hoc eſſe orbe qui ueſtra dicta pariter atq; ſcripta recte apprehẽdiſſet. Auguſtin⁹. His plane ſcriptis palã eſt mi Martine mihi mentẽ nunq̃ tã fuiſſe iniquã, ut meis lrĩs plus coaptarim fidei, ac literis euãgelicis. Tu igit Martine errorẽ reſtituito, id euulgato palam, plus iuſto illis uoluminibus donatũ fidei. Q̃ngdẽ & licet ſacra, licet ſint ſctã quæ ingentib⁹ illis codicibus enarrant, talia tñ non ſunt, quæ toto orbi exigant apl'os, quæ pphetas eijciant. Martin⁹. Hæc ergo una & ſola eſt cauſa, qua illi interibunt codices? Hiero. Non eſt ſola. Sunt in illis libris plane & ſacra & ſancta, quæ fidem certe merent euangelicã, cœterũ iniquiſſima q̃q; hodie illis acceſſere codicibus, qbus nihil effectũ eſt aliud, niſi quod recte credentiũ illaquearũt animas, carnificinas non paginas appoſuere. Martin⁹. Mira narras Hieronyme. Hieroñ. Mira ſed uera. Olim gẽs illa Hebræa multis obſeruationib⁹ atq; ceremonijs preſſa eſt. venit unus ſummus de⁹, ſoluit quod eã gentem præmebat, diuerſam legẽ nobis appoſuit. Iugũ inqt meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Aſſerit hoc meũ ṽbũ apl's Paulus. Vos in libertatẽ inqt uocati eſtis fr̃es, tm̃ ne libertatẽ in occaſionẽ detis carnis, ſed p caritatẽ ſeruite inuicẽ. Itẽ, State ergo & nolite iugo ſeruitutis iterũ cõtineri. Fert quoq; i actis apl'icis, fuiſſe aliquot e Phariſeis, qui eos iudeos, q Chriſto credidiſſent, cogerent ad oẽm moſaicæ legis obſeruantiam. Conuenerũtq; apl'i & ſeniores uidere de uerbo hoc. Cũ autẽ fieret magna cõquiſitio, ſurgens Petrus dixit ad eos. Viri fr̃es, uos ſcitis qm̃ ab antiquis diebus in nobis elegit deus, p os meũ audire gentes uerbũ euãgelij, dans illis ſpm̃ ſctm̃ ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos. Nũc ergo qd tẽtatis deum, imponere iugũ ſup ceruicẽ diſcipulorũ, quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus? Sed p grãm dñi nr̃i Ieſu Chriſti credimus ſaluari ſicut & illi. Igit dum libertati homo autore Chriſto reſtitutus ſit, iſti codices rurſus inne ctũt hoĩem, id ligãtes quod ſoluit Chriſtus. Deniq; a Chriſtiana plebe ſuis ipſi paginis exigũt, quod ne Moſes qdẽ ab illa gente auſus eſt exigere. Eo cecitatis plapſus eſt hodie orbis, ut minoris ſit hodie

Diſtin. ix. ca. ego ſol⁹

Galath. v.

Capit. xv.

negotij, iudeum extitiſſe ꝙ Chriſtianū. Tantus apud Chriſtia nam plebem eſt ciboꝝ delectus, tot canones penitētiales, in eū qui uel modicū deliquit, tot dieꝝ atꝙ feſtoꝝ celebritates, ut nemo neſciat, nemo addubitet nos omni ceremoniaꝝ ritu iudeis aut eſſe pares, aut certe nōnūꝙ preſtare. Narrat textus nr̄ euangelicus qm̄ ſummus deus Chriſtus euangelicā adulterā, ſed penitentē una uoce purgarit crimine, Vade inqt iā ampli⁹ noli peccare. Hi codices tot fingūt carnificinas quot habent paginas. Neqꝫ em̄ quicꝙ Chriſtus poſcit aliud niſi ſubiectos, humileſqꝫ delinquentis animos, ut ſuū ipſe fateatur errorē, ut lapſum eloquatur, ut animo ſtatuat ꝑ emendatiorē uitā Chriſto rurſus conciliatū cōponi, ut eius precetur affluentes, vberesqꝫ miſericordias. Quiſquis ea uia, erratū plorat, bene fidat iu beo, miſericors eſt, potēs eſt vnus ille deus noſter Ieſus. Neqꝫ em̄ poterit nō eſſe facilis ad præſtandū mīam, qñ tuo pctō ille nihil eſt Ieſus, qñ tuo crimine, illius gloriæ nihil deceſſit. Ecce Aurelius hic Auguſtin⁹ cōis noſtræ legationis comes deliqt, & quidē ſatis grauiter. Non paucis annis Manicheis appoſitus Chriſti fidem expugnauit, vnāquoꝙ, unā nō legitimā e qua ſuſcitatus eſt filius ille Adeodatus, adoleſcēs ſtupēdo miráqꝫ ingenio. Igit hic ſacer antiſtes Simpliciano atqꝫ Ambroſio autorib⁹ Chriſto dedit nomen. Ambroſius ſacro lauachro pctm̄ diluit. Nūqd Auguſtino enormē exegit canonū portionē? nūqd huiuſcemodi carnificina hoiem aggreſſus eſt? Abſit, fecit minime. Protinus qppe vt mutatos Auguſtini perſpexit animos, erratū cōdonauit. Par plane felicitas Theodoſio cōtigit, qui iniqua in Theſſalonicos cede graſſatus Ambroſio reus ſtatuitur. Nihil niſi humilē mētē ſacer antiſtes exegit principi. Itaqꝫ qm̄ nihil hoꝝ illi codices enarrant, ſed miris carnificinis recte credētiū laniant cōſcientias, imo in ꝑpetuas gehēnæ flammas prorſus ipſi precipitant, vna eſt de omnibus hæc ſententia, qm̄ e medio tollendi ſunt. Sunt fateor inter iniqua, etiam canonica, at hæc ueluti obſoleta dudū autoritate exuta ſunt. Reliqua aūt quæ fidē non habent euāgelicā in queſtū abiere. Non credo me quicꝙ facere inique, ſi oēm illā codicū congeriem ſuſtulero, qui tam nihil habent nōnūꝙ ſidei euāgelicæ, ut etiā cū euangelio nō raro ceu ex diametro cōpugnēt. Quales cōplures licet ibi inuenire periodos, quos canones ipſi ſolent appellare. Tu Martine noīatos codices reuoluito, id integre perſpicies, traditos ibi canones, euangelicis literis cōmittito, mirū ꝙ egre coherebunt. Iam ubi id patraſti, oēs oīm ſummas atqꝫ ſummaꝝ ſummulas eijce, quæ certe prioribus illis codicibus nōnūꝙ integre cōſtant. Quapropter ſi illos ablatos oportuit, neqꝫ iſti ſupereſſe debent, cum oēm impietatē inter ſe iſti

Chriſtiana conſolatio erga peccatores.

Adeodatus

Cauſa, qua iura Pōtificia exurenda ſunt.

fecit hoc Luther i libello quē contra ſuoꝝ co dicū exuſtionē ſcripſit

conſertam habeant atq; cōem. Tū demū oēm Thomæ aquina
tis philoſophiā, ceu eccleſiæ ꝑnitioſiſſimā, flāmis adĳcito, neq;
id ille feret grauiter, qm̃ hoc ille fidei ſuis nūq; præcatꝰ eſt li
teris, quod hodie accepit. Vincentĳ aūt codices ſeruare licet,
neq; em̃ ĳ multū habent, quod ad rem efficiat. Antonini vo Chronicas
quatuor tomos elimina, illis ſeruatis quibus tpa digerit. Sil Antonini
ueſtri magiſtri Romanæ curiæ opuſcula, flammis cōmittito, ſeruandas
indigniſſima quæ Chriſtianis ferantur manibus. Raymūdi ſuadet.
quoq; decretales atq; ſummā de caſibus eĳce. Hugonis bar
chinonenſis Romane eccleſiæ cardinalis tituli ſctē Sabinæ, ſū
mā de caſibus, ignibus donato, reliquos eius cōmentarios cum
delectu licet legere. Alberti quoq; cognomento magni librū
in ſententias, atq; ſummā quam nūcupauit theologiæ, deſpici
to, cetera ita ſuperſint, ut tamen quiſquis illa nō lectitet. Rey
neri piſani pantheologiā reĳce. Durandi quoq; q̄ſtiōēs igni
bus immittito, eis tibi cocturus eſcas. Alani de Rupe maria
na pſalteria damnato. Hos atq; pares dominicanæ familiæ
obſcuros autores, eccleſiaſticis contionibus exige.

¶ Franciſcana familia eos habet, quos eiectos oportuit.
Alexandri de Ales, ingentem illam codicum congeriem eĳci
to. Bonauenturæ tomos quos in ſententiarꝫ libros ipſe lo
cutus eſt deſpice, ſeruatis alĳs. Richardi de media uilla an
gli tomos in ſententias in decretum, de ordine iudicioꝝ exige,
alia tibi ſeruato. Gerardi odonis quondam generalis ordi
nis octauusdecimus, libros in ſententias, de logica, librum que
ſtionum in libros ethicoꝝ, damnato. Nicolai Lyrani dicta
cum iudicio licet legere. Scotus totus exuratur. Guilhel
mus Ockam in ſentētias atq; cū quotlibetis ſuis ipſe intereat,
cetera reliqua eius ſuperſint. Iohannis de ſaxo Angli ſum
mam iuris flammis contradito. Iohannis de Erffordia tabu
lam iuris abĳcito cum ſumma de caſibus. Franciſcus de pla
tea totus intercidat cum tractatibus ſuis de reſtitutionibus, de
cenſuris. Franciſci de bachone Repertoriū predicantiū &
librū in ſentētias reĳcito. Petrꝰ de colle intereat cū ſuo co
diculo de autoritate conſilĳ, & in ſententias. Eos atq; quot
quot noſti pares autores huius ſectæ, prorſus abĳcito.

¶ Carmelitarum obſcuriores quiq; audaculi ſunt iſti. Baſiliſcorū
Michael Angrianus Bononienſis, hic prorſus non ſuperſit ſummates.
cum ſuis tractatibus, in ſententĳs. queſtiones ſententiarum.
tabula ſententiarum. in Ariſtotelis ethica. Dictionariū eiꝰ.
Quadrageſimale illius. Guilhelmi de Camuco dicta cum
delectu licebit legere. Paulꝰ de Peruſio, in ſentē, & cū ſuis
quotlibetis intercidat. Nicolaꝰ Dorbin Anglus igni donet.

Thomas Lombe in ſentē,& cõtra lollardos flammis exuratur, Galterꝰ diſſenus anglus cõtra lollardos,& de ſciſmate adijcito flammis. Iohannes de alerio in ſentē. & in eccleſiaſticū omino totus intereat, qui olim tertiꝰ decimus generalis fuit ordinis. Thomas vvaldē anglus in ſentē, & in oēs libros Ariſtotelis, ſed & eius doctrinale, cū ſuo autore abijciat. His atq; eiuſdē farinæ doctoriolos tu Martine eccleſiaſticis bibliothecis eijcito. Auguſtinianos ita recenſebis. Egidij de Roma tomos ī ſententias, Quotlibeta de intellectu poſſibili, de ſapientia diuina in beatis, de ſubiecto theologiæ, de mēſura aplorū, de cognitione angelorū, de gradibꝰ formarū, de prędeſtinatiōe, theorica de eſſe & non eſſe, de poteſtate eccleſiaſtica, Cōpēdiū theologiæ, de renūciatione papæ, aduerſus corruptorē thomæ, in omes libros Ariſtotelis, his flammis adiectis, cetera licet adſerues. Auguſtinꝰ de anchona intereat cū libro de poteſtate eccleſiaſtica, in ſentē, & quotlibetis, reliqua cū iudicio legi debent. Henricus de primaria abijciat in ſentē. & cū quotlibetis, atq; libris in Ariſtotelē. Gerardus de ſenis eijciat ī primū ſentē. de contractibꝰ & uſuris, de præſcriptionibꝰ. Pauli veneti codices dānato in Ariſtotelē, ſummā philoſophiæ. Auguſtini de Roma tractatus exurito de poteſtate papę, & in libros ethicorū, Reliqua licet ſupereſſe. Dioniſius de burgo ſancti ſepulchri in totū Ariſtotelē abijciat. Sunt etiā alij aliquot, q licet ueſte thomiſticā, ſeu franciſcanā ſcabiem nō foueāt, illis tū

nihil me ledit, nihil qc ꝙ aliud cõ merui.

ſcriptis nihil differūt. Quorū primas tenet Iohannes Andreas, hic totus flammis addat oportet. Iohannes Caldrini auditor olim Iohannis Andreæ cū oībus illis codicū ſiluis elimineī. Antoniꝰ de butrio Italus. Frāciſcus de Zarabellis parauinꝰ. Petrus maurocenus Venetus. Nicolaus dinckelſpule, teutonicus quondā decus Auſtriæ, Raphael fulgoſus placētinus. Raphael cumanus. Iohannes de imola bononienſis. Paulus de caſtro. Florianus vvlpianus, atq; quotquot hiſce rebus ſua addixere ingenia, tu una ſententia uniuerſos abijcito.

Sana certe rarum commutatio.

Thomiſtis aūt qm̄ Thomā abſtuleris, reſtitues Hieronymianos codices, ut eos tam legant perpetui, atq; Thomā dudū lectitarūt. Carmelitis, hoc eſt, baſiliſcis, pro ademptis eorū ducibus Ambroſium reſtituito. Auguſtinianis eadē cōmutatione cedat Auguſtinus. Minoritis attribuito Gregorium. Hæc ubi glorioſus effeciſti, coges & dictis & ſcriptis, omnem ætatē, oēm ſexū ad lr̃as euangelicas atq; aplicas, & ad eas quas clari autores, ac aplico ſpū pleniſſimi poſteritati donarunt. Quales uidere licet Ignatiū, Ciprianū, Lactantiū, Hilariū, Cōſtantinopolitanū epiſcopū Chriſoſtomū, Leonē illū magnū uerūq; pontificē, Gregoriū uirū integerrime aplicū, Hieroni-

miana atq; Auguſtiniana ſcripta eis annumerata. Horum cō dicū lectione illi diſcent, quis olim eccleſiaſticarū rerū ſtatus, q̄ ſinceritas, quanta fuerit olim eccleſiaſtica ſimplicitas, cuius hodie neq; extremum quidem eſt inuenire ueſtigiū. Poſteaq; em̄ monachorū inſtituta mundo nata ſunt, non parum accepit eccleſia mali. Omnem em̄ ſimplicitatem, ſinceritatem, atq; Chriſtianam libertatem, monachorū uita Chriſtiano orbi eiecit. Quicquid em̄ eccleſia hodie habet, aut ceremoniarum, aut oneris, id pene in vniuerſum a monachis mutuatum eſt. Tu igitur Martine Chriſti enarrato euangelium, atq; ſcripturis apoſtolicis, hoc eſt, ſerijs, grauibus, atq; canonicis Chriſti decorato eccleſiam. Martinus. Num omnem eccleſiæ faciem factam uelis aliam? Hierony. Non uelim, neq; em̄ id pararet pacem, ſed ſeditionem. Varius em̄ eccleſiaſticarū rerū ſemper fuit ritus, atq; quicquid diuinis apoſtolicisq; dogmatibus nō eſſe contrariū, aut certa ratio, aut manifeſta docet autoritas, id prorſus integrum, inculpatūq; perſiſtat, ne qn̄ Chriſti euāgelium fecerimus ſeditioſum. Ceterum id doceto, parum hiſce eccleſiaſticis ritibus innitendū, parumq; fidendū. Neq; em̄ illi ſunt, qui perhennam tibi poterint apparare gloriam, ſi non eis obſeruationibus mente affa ueas, ſi eam rem non habeas in uita, in animo, in moribus, cuius illa omnia ſunt ceu ſigna quædam. Martin⁹. Quid optime Hieronyme placet ne, clancularia ea noſtra criminū confeſſio, quam noſtra hodie nouit eccleſia. Hieronym⁹. Humanū quidem eſt inſtitutū, ſed ſanū, ſed ſanctū, modo recte quis eo vtatur. Martin⁹. Quæ obſecro ſub id erat temporis confeſſio, cum tu tuā habitares Bethleem. Hieronym⁹. De manifeſtis erratis, eiſq; enormibus coram eccleſia hæc olim fiebat. Minuta aūt errata, quæq; nulli erāt homini cōperta in ſuo quiſq; corde deo exponebat. Si huius rei poſcis fidem, legito meam ad Oceanū ep'lam, in qua hæc mea agnoſco. Quis hoc crederet ut Fabiola poſt mortem ſecundi uiri in ſemet reuerſa ſaccum indueret, ut errorem publice fateretur, & tota urbe ſpectante Romana, ante diem Paſcæ in baſilica quondā Laterani ſtaret in ordine penitentium, epiſcopo, preſbytero & omni populo collachrimātibus, ſparſum crinem, ora lurida, ſqualidas manus & ſordida colla ſubmitteret. Item legito Cipriani ep'lam de lapſis. Cum inquit in minoribus delictis quæ non in deum cōmittuntur penitentia agatur iuſto tempore, & ἐξομολόγησις fiat inſpecta uita eius qui agit penitētiam, nec ad cōmunicationē uenire quis poſſit, niſi prius illi ab epiſcopo & clero manus fuerit impoſita, quanto magis in his grauiſſimis & extremis delictis caute omnia & moderate ſcd̄m diſciplinam domini obſeruare oportet. Itē alibi

Veriſſima ſententia atq; theologica veritas, ſed nō Franciſci maronis.

Confeſſio qualis tpe Hieronimi

tomo, i, fol, ix.

Ep'la, li.

Epl'a ad clerum. Qm̃ uideo facultatẽ mihi ueniendi ad uos non eſſe, occurrẽdũ puto fratribus noſtris, ut qui libellos a martyribus acceperũt, ſi incõmodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectent præſentiam nr̃am, quin apud preſbiterũ, uel ſi preſbiter repertus non fuerit, & urgere exitus ceperit, apud diaconũ quoq; ὁμολογίαν delicti ſui facere poſſint.

De lapſis. Idem in alia ep̃la de adoleſcentula, quæ q̃dẽ occulto crimine ſacerdotẽ dei fefellit, non aũt deum, ſic loquitur, Impunitum diu non fuit, nec occultũ diſſimulatæ conſcientiæ crimẽ. Quæ fefellerat hoiem, deum nõ fefellit. Viderit quis an minore uel dedecore uel crimine apud homines publicauerit quod admiſit, deũ tamen iudicem ſubterfugere & uitare nõ poterit. Chriſtus in præceptis ſuis dicit. Qui confuſus me fuerit, confundet eũ filius hominis. Itẽ Conſtãtinopolitanus Antiſtes Chriſoſtom⁹ in quinq̃geſimũ pſalmũ olim utilem tractatũ edidit, in quo hæc eius ſunt. Feciſti malũ, memor eſto ut dñs obliuiſcatur illud. Non bona, ſed mala dicito ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere quia peccaſti, dicito ea quotidie in aĩa tua. Non dico ut cõfitearis ſeruo tuo, ut exprobret, dicito deo qui curat ea. Per diem non habuiſti tempus, ſed iniunctũ negotiũ & cõfabulatio amicoꝝ, & domeſtica neceſſitas & filioꝝ cura, & mille ceteraꝝ reꝝ te circũdederũt cauſæ. Quando in lectulũ tuũ ueneris, ut ſopori mẽbra concedas, q̃n nemo tibi moleſtus eſt, dicito in corde tuo & in aĩa tua. Expendimus diem, & reminiſcens p̃ctoꝝ tuoꝝ effunde lachrimas, & poteris ĩ lecto tuo poſitus ea delere. Confeſſus peccata tua, facito tibimet ipſi rationẽ, & ora mĩam dei, & inuenies requiem. Martin⁹. Recte narras Hieronyme. Quid aũt de hoc ritu, de his eſtimas conſtitutionib⁹, quib⁹ Chriſtiana hodie plebs ſummo deo obſequitur, de cantionibus loquor, ſeu contionib⁹ celebrandis, de ieiunijs, de euchariſtiæ participatione? ſeu de conſimilib⁹ obſeruationib⁹, quas hodie noſtra habet eccleſia? Hierony.

*In eũ uerſũ Qm̃ iniq̃tatẽ meã ego.*

De cãtionibus. De cantionibus nihil eſt quod diplicet, modo modeſte atq; cũ grauitate id fiat. Neq; enĩ celeſtem illam beatoꝝ gloriam, quicq; eque repræſentat, ac concinẽtiũ illa celebritas, ſeu quouis muſico plectro, formata euphonia. De popularib⁹ certe contionib⁹ nihil diſplicet aliud, niſi quod mulierculaꝝ nugæ, rebus ibi tam ſerijs nonnũq̃ permiſcentur.

De cõione. De euchariſtiæ cõione, atq; ſeptẽ alijs eccleſiaſticis ritib⁹, patrijs obſeruationibus obſeruiendũ eſt. Marti. Obſecro facer Hieronyme, mihi nihil grauatus edicito, inter tot monachoꝝ inſtituta, q̃d plus placeat, quod noſti ſuperis plus eſſe gratũ. Hierony. Oĩa quidẽ monachoꝝ inſtituta ſacra ſunt, ſi nudos præſcriptoſq; expendas canones, quos aut Benedict⁹, aut Baſilius ſuis ſcrip

*inſtituta monachoꝝ bona.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſere fratribus, ceterū ſi interliniares illas annotationes diluā dices, nihil apparebit ſacrū, parū quod ap̄ſicis literis conueniat. Scripſit hic Auguſtinus ſuis dudū fratrib⁹ uitā ap̄ſicam, neſcio quot hodie acceperit interpretes. Auguſtine hęc ne noſti: Auguſti. Certe Hieronyme, non tot ibi ſunt apices, quot illi paginas aſſuerunt, miror mea tam intelligi multifariam, ſermo etenim & mediocris & planus faciem præſtabat apertiſſimam. Verum quod olim ſumme placebat, hodie & mihi ipſi pene nauſeat, diſplicetq; maxime, facitq; me non parum addubitare, mea ſint illa ſcripta nec ne. Martin⁹. Optime pater, integre ea noui, ceterū id uelim edicas, inter tot monachorū inſtituta, q̄ hodie nouit mūdus, quod iam plus arrideat, quodq; iam noueris ſuperis eſſe gratū: Auguſti. Hieronym⁹ obſecro tibi Martine hoc uerbū eloquatur. Hierony. Tu Auguſtine edicito, etenim tibi id deprecatur. Auguſti. Inter oīa quippe monachorū inſtituta, nullū eſt hodie ſacratius, atq; ap̄ſicis magis conſonans æloquijs, q̄ id quo uiuunt ij, qui cōis uitæ nuncupati uocabulo, toto orbi ſunt celeberrimi, nouum q̄dē propoſitū ætate ceterū religione prorſus eſt antiquiſſimum, nimirū euangelicis dudū approbatū doctrinis. Naſcētis quippe eccleſiæ infantiam probe ij uiri ſecuti ſunt. Deniq; ſi plus uelis Eſſei ſunt, quos Ioſephus uir iude⁹ ſuis hiſtoriarū libris bonis uehit præconijs, quicquid de ea iudeorū ſecta vir ille enarrauit, id demū appoſitiſſime horum conſonat inſtituto, imo & ſacer Hieronymus huius mihi legationis comes Euſtochio virgini Egyptios monachos olim ſuis literis probe pinxit, quicquid de cenobitis ibi traditur, id mira rerum conſonantia quadrat, atq; ita quadrat, ut pene affirmarim hoc uitæ genus tunc mundo natum fuiſſe, atq; non paucis annis intercidiſſe, quod iam ante annos ferme centum viginti orbi illuxit. Eorum virorum vita, ob integram ſinceritatem omnibus monachorum inſtitutis plus ſuperis eſt grata. Vita certe, vita eſt euangelica, neq; vlli viro etiam bene apoſtolico eſt indigna. Martinus. Miror te Auguſtine, non tuis Auguſtinianis id attribuiſſe præconij, aut certe miror, cur non Carthuſianis, ſeu Benedictinis id donaueris, horum enim ample ſolent eſſe coronæ, e quibus ſanctimoniam ſoliti ſumus eſtimare. Auguſtinus. Quid ad uitæ ſanctimoniam uel modicum facit, capillitium caluum ſit, an raſum, aut intonſum, quid ad deum ſpectat, illa aut iſta uarietate apparata ſit tunica, ſeu hoc aut illo colore diſcreta ſit ueſtis. Hæc ſunt quæ non raro non parum veris uirtutibus obſtant, ſin autem quandoq; proſint, ſatis addubito,

Preconium fratrum de cōi vita.

Li. antiq̄ta. xviij. ca. v.

Sentētia aurea.

Verũ q̃ĩ is rebus Chriſtianam illi uiri ſectantur modeſtiam,
re&c. omnibus etiam arduis monachorꝫ inſtitutis ſunt præferẽ
Benedicti- di. Poſt eam uitam, Benedicti inſtitutum uidetur ſacratius.
nenſes. Hic eñ ver⁹ monachorꝫ pater, uitã plane meditatus eſt, nulli
uiro etiã quãtũuis euãgelico indignã. Appoſuit ſubinde re-
gulam diſcretione precipuam, adeo nihil expoſcens inhuma-
num, vt & ipſam regulam abbatis iudicio ſubmiſerit. Necꝙ
quocꝙ inſanũ quid inſtituto cõmiſcuit, quod diuus Aſiates mi-
noritarꝫ ille dux nouo animi ardore aduertitur effeciſſe, qui
rem certe aut ridiculam, aut parũ euangelicã ſuis nõnũꝙ fra-
Carthuſia- tribus & impoſuit & exegit. Poſt Benedicti inſtitutũ, Car-
ni. thuſianũ ſatis arridet, quod bona parte Benedicti pręſcriptis
Regulares. conſtat. Tum quidem regulares illi canonici, mediocri uita
ſunt tolerabiles, hi nempe meis præſcriptis uitam habent. Tũ
Cruciferi. id vitæ genus, quod crucem ſui inſtituti prefert inſigne. & hi
Præmõſtra- mei ſunt. Poſt eos, ea placet uita, quam uiuunt hi, qui Nor-
tenſes. berto epiſcopo autore, canonici ſunt, qui a ueſte dudũ præ-
Minoritæ. monſtrata, præmonſtratenſiũ titulo ſunt inſignes. Et iſti mihi
Guilhelmi- attinent. Poſt quos, Minoritas habeo caros, ſi modo vitam,
tæ. moreſꝙ mutarint. Poſt eos, Guilhelmitarũ hoc profeſſum,
Ordo trini- quod autore Guilhelmo dudũ heremita conſtat ſatis placet.
tatis. Tum iam ordo placet trinitatis. Poſt eos inſtitutũ nouorꝫ mili-
ordo nouo- tum in Portugalia, nouo fidei ardore dudũ cœptũ contra ſa-
rũ militũ. racenos. Poſt quos ordo Ciſtellenſis. Poſt eos ordo dño-
Ordo ciſtel- rũ teutonicorꝫ, enatus ab eo ordine, quem Iohanni Baptiſtæ at-
lenſis. tribuunt. Iam nũc Carmelitarꝫ ſeu Baſiliſcorꝫ inſtitutũ, eſt
ordo dñorꝫ admittendũ. Tum demũ admitti debet inſtitutũ Auguſti-
teutonicorꝫ nianũ. Poſtremo, ne quid pereat, Thomiſticũ hoc inſtitutũ
Ordo Car- admittas oportet. Martinus. Miror te hoc Thomeorꝫ inſti-
melitarum. tutũ ueluti abiectiuum quid, poſthabere bone Auguſtine, qñ
eruditionis ipſi inter omnes uindicant arcem, qñ ſanctimonię
plenitudinem tam ſibi conſtantiſſime aſſerunt? Auguſtinus.
Ob id bone Martine Thomeos extremo ordine attuli, qm̃ in-
ter omnia monachorꝫ inſtituta quę mundo nata ſunt, nullum
habuit eccleſia pernitioſius, nimirũ tumidũ, arrogans, ſeditio-
ſum, glorię appetens, amans contentionis. Acceſſit plane apo-
Vita ſecti in- ſtolicæ fidei hoſtis atrociſſimus, quando Thomeorꝫ ordo orbi
ſtitutiq Hie- illuxit. Martinus. Tu ſacer Hieronyme, quod queſo tuum
ronymi. erat inſtitutũ, paſſim te ſibi hodie vindicant, ij qui cõis vitæ
Frẽs cõmu- fratres tibi haud modice ſunt accepti. Num tibi quicꝙ cum il-
nis vitæ. lis uiris cõmune? Hieronym⁹. Si cum vllis qui hodie mona-
chum profitẽtur, mea debeat uita cõponi, illis uiris rectiſſime
debebitur. Legiſti unꝙ Sulpitij dialogos, quos cum ſuo ille
poſtumiano atꝙ gallo locutus eſt? Martinus. Certe legi,

Quiſquis hic eſt dũ eorꝝ criminũ eũ ceperit penitẽtia, accedit quidẽ quẽlibet Chriſti ſacerdotẽ, ſupplex ibi crimina eloqt, ille accepta confeſſione tollit qđ ſuũ eſt, gulæ piaculũ ipſe diluit, cũ ceteris erratis eũ cuiuis trãſmittit epiſcopo. Huic ubi (ueluti primo) pctm ipe ꝑdiderit, inceſtu eũ exuit cũ reliquis peccatis eũ Romano tranſmittit Põtifici. Huic iã nihil eſt impoſſibile, nullũ unq̃ tã apponit facinus enorme, qđ is nõ tergat, qđ nõ tollat. Si oĩm Põtificũ una eſt ligãdi ſoluẽdiq̃ poteſtas, cur hoc tã ſingulariter Romano cõtigit præſuli? Hieroñ. Mira narras, nil tale unq̃ audiui. Et qd dicã? Preſedit Hieroſolimitanæ eccleſiæ apłs Iacobus abſente Petro, obſecro, nũquid hic apłs ſuã plebẽ pte aliqua erroris exuit, atq̃ tũ demũ trãſmiſerit Antiochiã ad Petrũ, ut ille apponeret, qđ ipſe nõ poterat. Marti. Non puto. Hieroñ. Apłs Andreas Achaiam Chriſto ſubdidit, quid? credis hũc apłm ptim exuiſſe ꝓuinciã erroribus, atq̃ ſic Petro oẽm plebẽ ad Romanã vrbẽ deſtinaſſe? an forte diuiſus eſt Chriſt⁹? an aliud quicquã Chriſtus potuit Romæ, quod nõ potuit idẽ Alexandriæ. Idẽ certe qđ Petrus potuit Romæ, potuit & Andreas in ꝓpło Achaiæ. Quicquid Corneli⁹ in Romanã egit plebẽ, egit eadẽ autoritate in Carthaginẽſem Ciprianus. Marti. Recte narras Hieronyme, verũ quale illud eſt, qđ Romanæ ſedi, fidei donãt primitias, atq̃ ob id fortaſſis maior illius autoritas, q̃m fidei ibi caput? Hieroñ. Id prorſus falſiſſimũ. Si fidei primitias a Romana ſede placuiſſet dinumerare, multo id rectius Hieroſolimitanæ eccleſiæ debebant, ſeu Antiochenæ, aut certe Samaritanæ, ſeu bonæ parti Greciȩ, quẽ Paulus Chriſto lucriſecerat, anteq̃ Petro Romana ſedes cõtigiſſet. Tu igit Martine nihil uerit⁹, vir fortis rem aggredere. Marti. Ego certe bone Hieronyme paratiſſim⁹ tuis iuſſis obſequi, verũ Romanũ Põtificẽ metuo. Hieroñ. Quis hodie Romanus iſte Pontifex. Marti. Leoni eſt huic uocabulũ. Hieroñ. Hem, ſine, ego noui virũ, nihil eſt qđ metuas, vir eſt cũ primis decorus, q auditis tuis opinionibus, fauebit cãdide. Is nihil obſtiterit, nihil aget qđ cõtra ſcripta eſt euãgelica. Marti. Tibi qdẽ bone Hieronyme accedo, noui eũ virũ eſſe integre apłicũ, at bono nũero ſuos ipſe habet ſatellites, frẽs mẽdicãtes, ij ad qd Põtificis animũ nõ flectent? Nouit ea plebs mira arte deferre Põtifici. Protinus cũ ut Põtificem petituri adeunt, raſos denudãt uertices, capita genibus cõponũt, ſalutãt ſubmiſſius, atq̃ icredibili veneratiõe, deũ effingũt ex hoĩe. Tũ demũ male ſanis præcaminib⁹ rem quãlibet expoſtulãt. Ille ut uir ſp eſt optimus, optatis cãdidus annuit. Igit ſacratiſſime Hieronyme, & licet Põtifex mihi affauerit, haud q̃q̃ tñ ſinet illi. Hiero. Dudũ dixi nõ eos uiros primos corrigẽdos

Oẽs apłi poteſtate ſunt pares.

Oẽs epiſcopi ſũt pares

Laus apłici

Necꝫem̃ (ut dixi) id cederet feliciter. Eo aũt ordine ſubijcies il
lã plebẽ. Chriſtianũ orbẽ primũ tibi concilia, atqꝫ in tuas age
opiniones. Hic ubi reſipuit, ꝓ te in illã plebẽ diriget aciem.
Ille tibi deijciet hoſtẽ. Marti. Qua uia obſecro? Hieronſ. Põti
fex, cler⁹, atqꝫ quotquot generis ſunt patricij, plebeius, atqꝫ cu
iuſlibet conditionis homũculi, ſimul in unũ diues & pauper.

**Mendicantes qñ cõuertendi ſunt.**

Protinus ubi perſpexerint Chriſtianũ orbẽ tibi acceſſiſſe, illã
aũt mẽdicãtiũ plebẽ ſolã in inſanis pſiſtere opiniõib⁹, ridebũt
hoĩes, auerſabũtqꝫ ĩſtitutũ, necꝫ tã qſqꝫ inueniet pietate afflués,
qui ei plebi alimoniã impartiat, q digneẽ hoſpitio. Ipſi tũ iam
extrema circũfuſi neceſſitate, uelint, nolint, tibi cõclamabũt, ip
ſi tibi dederint ſeſe. Nihil abnego, tota die cõcinnabũt dolos,
cõuertẽt aũt ad ueſperã, & famem patiẽt ut canes, & circuibũt
ciuitatẽ. Ipſi em̃ diſpargent ad manducandũ, ſi ꝟo nõ fuerint
ſaturati, murmurabũt. Fietqꝫ qđ de ea plebe olim Propheta ua
ticinatus eſt, qm̃ ſola uexatio dat intellectũ auditui. Martin⁹.
Sicut in ꝓmiſſione tua cõuertant inimici mei retrorſum. In deo
laudabo ꝟbũ, in dño laudabo ſermonẽ, nõ timebo qđ faciat mi
hi hõ. Miſerere mei dñe qm̃ in te cõfidit aĩa mea. Propter te ſu
ſtinui opprobriũ, operuit cõfuſio faciẽ meã. Extraneus factus
ſum frib⁹ meis, & peregrinis filijs matris meæ. Qm̃ zelus dom⁹

**ſcilicet mendicantibus.**

tuæ comedit me, & opprobria exprobantiũ tibi ceciderũt ſup
me. Hiero. Dñs dabit ꝟbũ euãgeliſantib⁹ ꝟtute multa. Mar.
In deo faciem⁹ ꝟbũ, & ipſe ad nihilũ deducet tribulãtes nos.
Hieronſ. Id certe fiet, interim tu nihil cũctat⁹ totũ orbẽ cõcute.
Inſurget tibi thomiſtica factio eam atrociſſimũ hoſtẽ ſenties.
Apparabit ea plebs in te, ferro nõ calamo, probris execratio
nibus, maledictis, apud mulierculas te ipſi traducẽt idqꝫ ut tuĩ
nois gĺia intereat. Verum in diuerſum abibũt hæc iniqua tho
meorꝫ conamina, dũ em̃ unis animis cõnitũt te uirũ eruditũ of
focare, ꝓmouebũt maxime. Necꝫ em̃ quiſqꝫ eſt ĩ toto hoc orbe,
qui te magis mundo celebret, ac ea plebs celebratura eſt. Om
ni etem̃ ætati, omni ſexui, dũ te Martine cupiunt improbare,
approbabũt. Habẽt em̃ Rhadinũ Placentinũ Thomeũ hic cala
mo aliqđ fiſus tibi indicet bellũ, hõ ineruditus, ſed audaculus
ſed procax. Tu hoĩs impudẽtiã temnito, necꝫ em̃ ſuis probris
quicqꝫ ꝓmouebit. Sibi qdẽ parabit famã, tibi aũt gĺiam. Quiſ
quis hæc tua improbat, is Chriſti negauit euangeliũ. Tu adni
tere, ut Paulinã, hos eſt crucis theologiã toto orbi bonus præco
annuncies. Talis em̃ olim erat eccleſia, q̃ cruce, pſecutione, ig
nominia reddebaẽ gĺioſior. Quæ qdẽ finito martyrũ tpe, pene
optima ac tota ſui pte effloruit. Mox ꝓ cruce ſucceſſit uolup
tas, ꝓ penuria, opulẽtia, ꝓ ignominia, gĺia, donec ea q̃ nũc ec
cleſia vocaẽ, ipſo mũdo (ita ut dicam) mũdanior, & ipſa carne

carnalior facta ſit. Necꝫ robuſtius poteris ꝑ te ſumere argu-
mētū ꝗꝫ quod ſine cruce regnat, prorſus nihil pati, oībꝰ aūt
cupit abundare, ſicuti his certiſſimis palam fit triadibus.

Triades. I.

Tria vrbis Romæ dignitatem tuentur, autoritas Pōtificis, re-
liquiæ ſanctorꝝ, & merx indulgentiarꝝ. II.

Tutū nō eſſe oībꝰ ire romā tria ut in plimū uetāt, q̃ inde ſolēt re
portari, deprauata cōſciētia, corruptꝰ ſtomachꝰ & loculi uacui.

Fugienda eſt Roma, eo ꝙ tria maxime cōſeruanda inter- (III
ficiat, bonā cōſcientiā, religionis zelū, & iuſiurandū. IIII

Tria derident nunc Romani, maiorum exempla, Pontificatū
Petri, & extremum iudicium. V

Tribus Roma abūdat, antiqtatibus, venenis & vaſtitate. VI

Tria a Roma exulant, ſimplicitas, cōtinētia & integritas. VII

Tres ſūt romanorꝝ merces, Chriſtꝰ, ſacerdotia, mulieres. VIII

Tria Romæ grauiſſime auditu, generale cōciliū, emēdatio ſta
tus eccleſiaſtici, & ꝙ Germani oculos recipiunt. IX

Tria dolenter ferūt Romanenſes, principū Romanorꝝ concor
diam, populi intelligentiā, & ꝙ innoteſcāt ſuæ fraudes. X

Tria maxime in præcio Romę ſunt, venuſtas mulierū, equorꝝ
præſtantia, & diplomata Pontificis. XI

Tria odiunt Romanenſes, deformes puellas, loculos vacuos,
& Germanū promotū aut potentem. XII

Tria Romæ maxime ſunt in uſu, carnis uoluptas, veſtium lu-
xuria, & animorum faſtus. XIII

Tria faciūt q romę ociāt, deambulāt, ſcortant, & agūt cōuiuia. XIIII

Tria ſunt Romę pauperꝝ obſonia, olus, cepe & alliū. XV

Tria ecōtra diuitū, ſudor pauperꝝ, uſura & ſpolia chriſtiani po XVI

Tres ſūt vrbis romę ciues, Simō, Iudas & ppl's gomorrę (puli. XVII

Tria nūꝗꝫ ſatis ꝓueniūt romæ, ipſorꝝ pallæ, mēſes papales, &

Tribus opus eſt ei qui Romæ lites habet, (annatę. XVIII
pecunia, literis cōmendatitijs, mendatio. XIX

Tria oīe negotiū romæ ꝓmouēt, mūera, fauor, potētia. xx.

Tria illic unūquēqꝫ euehūt, pecunia, audatia, impudētia. xxi.

Tria omnibus ſuadent vt eant Romam, Romani nominis ad
miratio, lucrum, & male viuendi licentia. xxij.

Tria poterint Romam in ſuum atqꝫ optimū ſtatū reformare,
Germanorꝝ principū animus ſerius, populi Chriſtiani impa-
cientia, & præſens Turcarum exercitus. xxiij.

Tria Germaniam ſapere hactenus non permiſerunt, principū
ignauia, literarꝝ imperitia, & vulgi ſuperſtitio. xxiiij.

Tria ſūt qbꝰ oīa ſubigit roma, ui, aſtu, & ſimulata ſctitate. xxv

Tres ſūt romanēſiū piſcaturę, ꝑ īdulgētias, ꝑ ſimulatā expediti
onē i turcā, & ꝑ facultates cōceſſas legatis apd̕ barbaros. xxvi

Tria ſemꝑ agūtur Romæ & nunq̃ peragunt, aiarꝝ beatio, tēpli
Petri conſtructio, & in turcam expeditio. xxvij.
Tria firmāt Romā, hūiles foſſæ, deſtructi muri, & nō ſublimes
Tria uix inuite Romæ faciūt hoīes, fidē ſol- (turres. xxviij
uere, alijs operam dare, & de uia cedere. xxix.
Tribus abundat Romæ, Scortis, ſacerdotibꝰ, ſcribis. xxx
Tria oēs petūt Romæ, breue ſacrificiū, uetꝰ aurū, & uitā ī deli
Tria habent peculiaria Romæ, Pōtificē maximū (tijs. xxxi.
vetera edificia, & auaritiæ ſtudium. xxxij.
Tria ſunt Romæ quæ nō ſunt in alia urbe, oīm gētiū homines,
omnis generis moneta, oīm linguarꝝ cōmertiū. xxxiij.
Tria inſenſe odiūt Romani, Ius patronatus, qđ uocāt liberam
ad ſacerdotia & epiſcopatꝰ electionē, Germanorꝝ ſobrietatē.
tertiū hoc īſenſiſſime deteſtāt, nec ſinēt ulteriꝰ uel edicto ꝓba
turi ebrietatē, quo ne hos ſentiamus ludos ſobrij. xxxiiij.
Tria ubiq̃ uidēt romæ, equitatio, tabellarij, bn̄dictiōes. xxxv
Tria paſſim romæ occurrunt, loca ſacra, meretrices, & vene-
randæ antiquitates. xxxvi.
Tria ueſtiunt romæ laute, ſacerdotes, muli, meretrices. xxxvij
Tria romæ non credunt, aiarꝝ immortalitatem, cōionem ſan-
ctorꝝ, & inferorꝝ penas. xxxviij.
Tria romæ oſtētant cū nō ſint, pietas, fides, innocētia. xxxix.
Tria romæ cū ſint maxime, raro tn̄ uidentur, vetus aurū, Pōti
fex, venuſtæ mulieres, quibus ꝑ zelotypiā metuunt. xl.
Tria romæ cariſſima, officia, æquitas, amicitia. xli.
Tria romani oſculant, manus, altaria, buccas. xlij.
Tria romæ incōperto ſunt, Romanorꝝ virtus, Italorꝝ verſu-
tia, Germanorꝝ inertia. xliij.
Tria Romæ dominant, Pontifex, venia, excōicatio. xliiij.
Tribus eſt malis roma obnoxia, febri, pauꝑtati, fraudi. xlv.
Tria ſūt vrbis mala, annonæ caritas, ꝑfidia, cæli ītēperies. xlvi
Tria roma expugnat, æq̄tatē, primitiuā eccleſiā, ueritatē. xlvij
Tria ſūt rōanę auaritiæ īſtrumēta, cęra, mēbrana, plūbū. xlviij
Tria ſūt romę extreme deſpecta, pauꝑtas, timor dei, ęq̄tas. xlix
Triū ē naſcꝫ ut romæ diſciplina, crapulādi, fraudādi, libidinā
Pontiū, id Tria ſūt Romæ, copia mulorꝝ, bullarꝝ, ꝓcuratorꝝ. (di. l.
eſt Pōtificē,
Pilatū ꝓcu- ¶ Excuſſum eſt hoc opus, Anno decimoquinto Tyberij ceſa
rare, id eſt, ris, procurante Pontio Pylato Germaniam, ſub principibus
expilare. ſacerdotū Anna & Caypha.

οὔλε ἐκ τῶν ὀλιγώνἐκ ὧν τοιοῦτοι δὲ
βέβηλοι φιλέουσιν ἐξελθεῖν.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN